

**SANCTI PATRIS NOSTRI**

# **JOANNIS CHRYSOSTOMI**

**ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI**

**HOMILIARUM IN GENESIM**

**CONTINUATIO.**

## [423] ΟΜΙΛΙΑ ΜΒ'.

*Ἐξαριστάρτες δὲ οἱ ἄνδρες ἐπέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόρρας.*

α'. Ἐμάθομεν ἐκ τῶν χθές ἀνεγνωσμένων, ἀγαπητοί, τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ δικαίου φιλοξενίας· φέρε δὴ καὶ σήμερον τὰ ἐξῆς ἐπελθόντες, πάλιν καταμάθωμεν τοῦ πατριάρχου τὸ φιλόστοργον καὶ συμπαθές. Ἐκάστην γὰρ τῶν ἀρετῶν μεθ' ὑπερβολῆς ὁ δίκαιος οὗτος ἐκέκτητο. Οὐδὲ γὰρ μόνον φιλόστοργος, οὐδὲ φιλόξενος ἦν καὶ συμπαθής, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀπάσας μετὰ δαψιλείας ἐπεδείκνυτο. Ἄν τε γὰρ ὑπομονὴν δέη ἐπιδείξασθαι, εὐρήσεις αὐτὸν εἰς αὐτὴν τὴν ἄκραν κορυφὴν ἀναβεβηκότα· ἂν τε ταπεινοφροσύνην, ὄψει πάλιν καὶ ἐνταῦθα οὐδενὶ παραχωροῦντα, ἀλλὰ πάντα ὑπερακοντίζοντα· κἂν πίστιν ἐπιδείξασθαι δέη, καὶ ἐν τούτῳ πάλιν μᾶλλον εὐρεθήσεται τῶν ἄλλων ἀπάντων εὐδοκιμῶν. Καθάπερ γὰρ εἰκὼν τις ἔμφυχός ἐστιν ἢ τούτου ψυχῆ, τὰ διάφορα τῆς ἀρετῆς χρώματα ἐν ἑαυτῇ δεικνύουσα. Ποία οὖν ἡμῖν ὑπολείπεται λοιπὸν ἀπολογία, ὅταν ἐνὸς ἀνθρώπου πάσας τὰς ἀρετὰς ἐν ἑαυτῷ περιφέροντος, ἡμεῖς οὕτως ἔρημοι τυγχάνωμεν, ὡς μηδεμίαν ἀρετὴν βούλεσθαι κατορθοῦν; Ὅτι γὰρ οὐ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ἔρημοι πάντων ἐσμέν τῶν ἀγαθῶν, σαφῆς ἀπόδειξις τὸ πολλοὺς τῶν ὁμογενῶν ἡμῖν εὐρεῖν διαλάμποντας ἐν ἀρετῇ. Καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο\*, τὸ τὸν πατριάρχην καὶ πρὸ τῆς χάριτος, καὶ πρὸ τοῦ νόμου γεγονότα, οἴκοθεν καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ φύσει κειμένης γνώσεως εἰς τοσοῦτον μέτρον ἀρετῆς ἔλθειν, πάσης ἡμᾶς ἀπολογίας ἀποστερηῆσαι δυνήσεται. Ἄλλ' ἴσως ἐροῦσίν τινες, ὅτι πολλῆς ἀπέλαυσε τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ὁ ἀνὴρ, καὶ πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν περὶ αὐτὸν πρόνοιαν ὁ τῶν ὄλων Θεός. Ναί, ὁμολογῶ· ἀλλ' εἰ μὴ πρότερος τὰ παρ' ἑαυτοῦ καὶ αὐτὸς ἐπεδείξατο, οὐκ ἂν τῶν παρὰ τοῦ Δεσπότου ἀπήλαυσε. Μὴ τοίνυν τοῦτο μόνον ὄρα, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἐξετάζων καταμάνθανε, πῶς πρότερον τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐν πᾶσι τὴν βάσανον παρεσχηκώς, οὕτως ἤξιοῦτο τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχίας. Καὶ ταῦτα πολλάκις ὑμῖν ἐδείξαμεν, ἠνίκα τὰ κατὰ τὴν μετὰστασιν αὐτοῦ τὴν ἐκ γῆς τῆς πατρίδας ἐποιεῖ· ὅπως οὐδὲ ἀπὸ προγόνων σπέρματα εὐσεβείας δεξάμενος, οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ πολὺ τὸ φιλόθεον ἐπεδείκνυτο, καὶ ἄνθρωπος ἄρτι τῆς Χαλδαίας μεταναστὰς, ἀθρόον κελυόμενος τὴν ἀλλοτρίαν τῆς οἰκείας ἀνταλλάξασθαι, οὐκ ἐνεδοίασεν, οὐκ ἀνεβάλλετο, ἀλλ' εὐθέως ἐπλήρου τὸ ἐπιταχθέν, καὶ ταῦτα οὐκ εἰδὼς ὅπου στήσεται αὐτῷ τὰ τῆς πλάνης, καὶ ἔσπευδε καὶ ἠπειγέτο, ὡς ἐπὶ ὁμολογημένοις, τοῖς ἀδῆλοις, τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα πάντων προτιμότερον ἠγούμενος. Εἶδες πῶς ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσέφερε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ καθ' ἕκαστην ἔκαρπούτο μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας; [424] Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοί, εἰ βουλοίμεθα τῆς ἀνωθεν ἀπολαύειν εὐνοίας, ζηλώσωμεν τὸν πατριάρχην, καὶ μὴ ἀναδυσώμεθα πρὸς τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἕκαστην ἀπολαβόντες, οὕτω ταύτην μετὰ σπουδῆς μετερχώμεθα, ὡς τὸν ἀκοίμητον ἐκεῖνον ὀφθαλμῶν ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν τῆς ἀμοιβῆς ἀντίδοσιν. Ὅ γὰρ τὰ ἀπόρροτα τῆς διανοίας ἡμῶν ἐπιστάμενος,

ἐπειδὴν ἴδῃ ὑγιῆ γνώμην ἐπιδεικνυμένους, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας ἀποδύεσθαι ἐσπουδακότας, παραχρῆμα καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ παρέχει ῥοπήν, ὁμοῦ καὶ τοὺς πόνους ἡμῖν ἐπικουφίζων, καὶ τὸ ἀσθενές τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐπιρρώωνός, καὶ δαψιλῆς τὰς ἀμοιβὰς χορηγῶν. Καὶ ἐπὶ μὲν τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγῶνων οὐκ ἂν ποτε εὐροῖς τι τοιοῦτον γινόμενον· ἀλλ' ἔστηκεν ὁ παιδοτρίβης, θεατῆς μόνον γινόμενος τῶν ἀγωνιζομένων, καὶ οὐδὲν ἕτερον συνεισενεγκεῖν δυνάμενος, ἀλλ' ἀναμένων τὴν νίκην γενέσθαι· ὁ δὲ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ συναγωνίζεται, καὶ χεῖρα ὀρέγει, καὶ συνεφέπτεται, καὶ μονονουχί πανταχόθεν τὸν ἀντίπαλον ὑποτεταγμένον ἡμῖν παραδίδωσι, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε δυνηθῆναι ἡμᾶς καταγωνίσασθαι, καὶ τὴν νίκην ἀρασθαι, ἵνα τὸν ἀμαράντινον στέφανον ἐπιθῇ τῇ ἡμετέρῃ κεφαλῇ. Στέφανον γὰρ, φησὶν, *χαρίτων δέξῃ σὴ κορυφῇ*. Καὶ ἐν μὲν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς τούτοις ἀγῶσιν ὁ στέφανος μετὰ τὴν νίκην οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ φύλλα δάφνης, καὶ κρότος, καὶ βοή παρὰ τοῦ δήμου γινομένη, ἅπερ ἅπαντα, τῆς ἐσπέρας καταλαβούσης, κατεμαράνθη καὶ ἀπώλετο· ὁ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς καὶ τῶν ταύτης ἰδρώτων στέφανος οὐδὲν αἰσθητὸν ἔχει, οὐδὲ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ συγκαταλυόμενον, ἀλλὰ διηνεκῆς, ἀθάνατος, ἅπασιν τοῖς αἰῶσι συμπαρσκευνόμενος. Καὶ ὁ μὲν πόνος πρὸς χρόνον βραχύν, ἢ δὲ ὑπὲρ τῶν πόνων ἀμοιβῆ τέλος οὐκ οἶδεν, οὐδὲ εἶκει τῷ χρόνῳ, οὐδὲ μαραινεται. Καὶ ἵνα μάθητε, ἰδοὺ πόσα ἔτη διελήλυθε, καὶ πόσαι γενεαί, ἐξ οὗ πατριάρχης οὗτος γέγονε· καὶ ὡς χθές καὶ σήμερον, οὕτω διαλάμπουσιν αὐτοῦ οἱ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς στέφανοι, καὶ μέχρι τῆς συντελείας αὐτῆς πᾶσι τοῖς εὖ φρονούσι διδασκαλίας ὑπόθεσις γίνεται.

β'. Ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τοῦ δικαίου τούτου ἡ ἀρετὴ, εἰς ζῆλον τούτου διεγερθῶμεν, καὶ ὅψε γοῦν ποτε τὴν οἰκείαν ἐπιγνόντες εὐγένειαν, τὸν πατριάρχην μιμησώμεθα, καὶ ἐννοιάν τινα λάβωμεν τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιώμεθα, ὥστε μὴ τὸ σῶμα μόνον ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς τὰ διάφορα νοσήματα ἰατρεύειν. Ἐάν γὰρ βουλώμεθα νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, τῶν τοῦ σώματος παθῶν εὐκολώτερον τὰ τῆς ψυχῆς ἰασώμεθα νοσήματα. Οἷον γὰρ ἂν ἐνοχλῇ ἡμῖν πάθος, ἐάν ἐθέλωμεν εὐσεβεῖ λογισμῶ ἐν νῷ ἀναλαβεῖν τὸ κριτήριον τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἡμέρας, καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν ἡδὺ ἀπιδεῖν, ἀλλὰ τὴν μετὰ ταῦτα ὀδύνην ἐγγινομένην ἡμῖν, παραχρῆμα ἀποπτίσεται καὶ ἀποπηδήσει ἢ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς. Μὴ τοίνυν ῥαθυμώμεν, ἀλλ' εἰδότες ὅτι ἀγίων ἐστί καὶ παλαίσματα, καὶ<sup>ε</sup> δεῖ παρατετάχθαι πρὸς τὴν μάχην, καθ' ἕκαστην ἡμέραν ἡμῶν τὸν λογισμὸν ἀκμάζοντα καὶ νεαρὸν ἔχωμεν, ἵνα τῆς ἀνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντες, τοῦ πονηροῦ τούτου θηρίου, [425] τοῦ ἐπιβούλου λέγω τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, τὴν κεφαλὴν συντριψῆαι

<sup>β</sup> Savil. et aliquot mss. παραχρῆμα ἀπίπτεται καὶ ἀποπηδᾷ.

<sup>ε</sup> Coniunctiva particula e Coisl. et Sav. suppleta est. Euseb.

\* Savil. et alii. καὶ αὐτὸ γὰρ τοῦτο.

## HOMILIA XLII.

*Cum surrexissent autem viri, respexerunt in faciem Sodomorum et Gomorrhæ (Gen. 18. 16).*

1. Didicimus ex hesternâ lectione, carissimi, eximiam justî hospitalitatem : age et ea quæ sequuntur tractantes, hodie discamus benignitatem et commiserationem patriarchæ. Possedit enim eximie justus ille virtutes omnes. Neque enim tantum bene affectus erat in proximos, neque hospitalis tantum et misericors, sed et alias virtutes omnes ubertim exhibebat. Nam sive patientiam exhibere opus sit, invenies illum in summum illius verticem progressum : sive humilitatem requiras, videbis et in hac nulli cedentem, sed omnes transcendentem : sive fides declaranda sit, et in hoc præ omnibus aliis laudem merebitur. Est enim anima ejus imago quædam animata, varios virtutum colores in se ostentans. Quæ igitur nobis posthac relicta est excusatio, cum unus homo cunctas in se virtutes possideat, nos vero ita expertes earum simus, ut ne unam quidem exercere juvet? Quod enim non quia non possumus, sed quia nolumus, a bonis omnibus simus alieni, illud manifeste indicat quod multi ejusdem naturæ homines inveniantur virtutibus conspicui. Et vero istud ipsum quod patriarcha, qui ante gratiæ tempus et ante legem fuit, a seipso et a scientia quæ naturæ insita est, in tantum pervenit virtutis fastigium, sufficit ut omnes nostras excusationes refutet. At forte dicent aliqui : Vir ille multam a Deo gratiam consequutus est, et omnium Dominus ejus singularem habuit curam. Etiam, id et ego fateor : verum nisi primus et ipse quod summum erat fecisset, non tanta a Domino obtinisset. Eapropter non hoc solum respice, sed in unoquoque diligenter attende, quomodo primum in omnibus virtutis suæ experimentum exhibuerit, atque sic divinum meruerit præsidium. Hæc sæpe vobis declaravimus, illum nempe, quando a patria sua migrabat, non a progenitoribus semen fidei accepisse, sed a seipso valde religiosam atque piam mentem exhibuisse ; et hominem illum, cum nuper a Chaldæa translatus esset, iterum subito jussum alio pergere, et alienam terram suæ præferre, non fluctuasse animo, non distulisse, sed statim imperata fecisse, idque cum nesciret ubinam errandi futurus esset finis, et festinasse, et properasse, ut qui in iis quæ plane incerta erant, tamquam certa essent, mandatum Dei omnibus præferendum duceret.

*Facienti quod in se est Deus auxilium non negat.* — Vidisti quomodo ab initio quæ a semetipso erant attulerit, et propterea divina quotidie ubertim suscepit? Eodem modo, dilecti, etiam nos, si voluerimus superna frui gratia, imitemur patriarcham, et ne cunctemur obire virtutem, sed unamquamque ita

exerceamus, ut oculum illum, qui sopiri nescit, conciliemus nobis ad mercedem tribuendam. Etenim qui scit arcana mentis nostræ, cum viderit sanam mentem nostram, et nos conari et eniti ad virtutis certamina, statim nutu et subsidio suo nos adjuvat, simul et labores nostros imminuens, et infirmam naturam nostram roborans, uberesque retributiones suppeditans. Sane in Olympicis certaminibus neutiquam quis tale quid inveniet : sed stat pædotriba, fitque spectator tantum certantium, neque in ulla re potest adjuvare, sed exspectat donec victoria declaretur : Dominus autem noster non ita, sed simul nobiscum certat, et manum porrigit, et simul congreditur, et quasi undique enitur ut adversarium nostrum nobis tradat, nihilque non agit, satagens ut in certamine prævaleamus, et vincamus, quo capiti nostro immarcescibilem imponat coronam. Coronam enim, inquit, gratiarum accipies in capite tuo (Prov. 1. 9). Jam in illis Olympicis certaminibus corona post victoriam nihil aliud est, quam folia lauri, quam applausus et acclamatio vulgi, quæ omnia appetente vespera marcescunt et pereunt : at corona quæ pro virtute et ejus sudoribus datur, nihil habet sensibile, neque in hoc sæculo nobiscum dissolvitur, sed perpetua est et immortalis, extendens se in omnia sæcula. Et labor quidem est parvi temporis ; merces autem laborum finem non habet, neque cedit tempori, neque marcescit. Et ut discatis, ecce quot anni præterierunt, quot generationes, a quo patriarcha hic in vivis fuit : et sicut heri et hodie, ita fulgent ejus pro virtute coronæ, et usque ad consummationem sæculi omnibus qui recte sapiunt, argumentum est sermonis et doctrinæ.

2. *Facilius medemur animæ, quam corporis morbis.* — Proinde quia talis est virtus justî, ad æmulandum illum expergiscamur, et vel sero tandem nostram agnoscentes nobilitatem, patriarcham imitemur, et de salute nostra cogitemus, multa adhibita diligentia, ut non solum corpus sanum sit, sed et ut diversi animæ morbi curentur. Nam si voluerimus sobrii esse ac vigiles, facilius morbos animæ quam corporis emendabimus. Nam quoties nos affectio quæpiam perturbat, si voluerimus pia religiosaque mente cogitare judicium diei illius terribilis, et non ad præsentem voluptatem spectare, sed ad cruciatus quos propter illam feremus, statim ab anima nostra resiliet et avolabit. Eapropter ne simus negligentes, sed scientes agonem esse et certamen, ut in prælio hostibus nos objiciamus oportet, quotidie renovetur, ac vigorem juvenilem recipiat animus noster, ut superno freti præsidio, malæ hujus bestię, insidiatoris dico salutis

nostræ, caput statim conterere valeamus. Ipse enim Dominus nobis promisit, dicens : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici (Luc. 10. 19)*. Vigilemus igitur, obsecro, ut vestigia hujus patriarchæ sequentes ad virtutem exercendam, easdem coronas mereri possimus, et ad ejus sinus pervenire, et effugere gehennæ pœnam, et assequi bona illa ineffabilia. Verum ut amplior fiat vestra æmulatio, et magis ad imitandum hunc justum vos provocemus : age iterum ex historia illius cum vestra caritate colloquentes, sequentia aggrediamur. Igitur post largam illam hospitalitatem, quam exercuit, non lautitia vel multiplicitate ferculorum, sed alacritate et liberalitate mentis æstimatam, statim hospitalitatis mercedem obtinuit : et didicit quisnam præsens ille esset, et quanta ejus virtus. Abituros illinc ad subvertenda Sodomam sequitur patriarcha, et honoris causa comitatur, inquit. Vide Domini clementiam et quanta benignitate indulgentiaque usus, simul justo honorem impendit, et virtutem in anima ejus latentem detegere voluit. 16. *Cum surrexissent autem, inquit, viri, respexerunt in faciem Sodomorum et Gomorrhæ.*

*Deus Abraham consiliorum suorum participat. Quanto honore justum dignatur Deus.* — De angelis dicit. Nam hic quidem in tabernaculo Abraham, et angeli, et eorum Dominus per idem tempus visi sunt : postea vero illi quidem ut ministri missi sunt ad subversionem illarum civitatum, ipse autem Dominus mansit, et quasi amicus amico justo communicabat quænam facturus esset. Unde illis profectis, 17. *Dixit, inquit, Dominus : Non celabo Abraham puerum meum, quæ ego faciam.* Magna Dei indulgentia, et omnem sermonem superans justo honor exhibetur. Vide namque quo pacto ipsum alloquatur quasi homo hominem, demonstrans nobis, quanto honore dignetur homines virtute præditos. Et ut ne putes honorem tantum justo concessum solius divinæ esse bonitatis, vide quomodo divina Scriptura doceat nos, ipsum sibi ipsi honoris fuisse auctorem, mandatis nempe divinis magna sedulitate obsequutum. Postquam enim dixit : *Non celabo Abraham puerum meum, quæ ego faciam*, non statim dicit quid futurum sit : consequens enim erat, ut pergens diceret se incensurum Sodomam. At dignum est, ut neque illud prætereamus : neque enim syllabam, neque apicem in divina Scriptura præterire oportet. Quantæ enim dignitatis esse putas id quod dicit, *Abraham puerum meum* ? quanti affectus ? quanti amoris ? Hoc enim potissimum monstrat eximiam dignitatem et honorem justo exhibitum. Deinde id quod dicebam, postquam dixit, *Non celabo* : non statim affert et dicit quod erat futurum ; sed quid ? Ut discamus non absque causa, neque temere Deum tantum erga illum declarare studium, inquit : 18. *Abraham autem futurus est in gentem magnam et multam, et in ipso benedicentur omnes gentes terræ.* 19. *Novi enim quod constituet filiis et domui suæ post se, et custodient vias Domini Dei, ut faciant justitiam et judicium, ut adducat Dominus super Abraham omnia quæcumque lo-*

*quutus est ad eum.* Papæ, quanta benignitatis Domini magnitudo ! Quoniam postea inducturus erat excidium Sodomorum, nunc prius patriarcham ad fiduciam concitat, simul pollicens ei benedictionem maximam, ipsumque in magnam multitudinem futurum esse : docens eum quod mercedem hanc piæ suæ mentis accepturus sit. Cogita enim quanta sit patriarchæ virtus, quando Deus dicit : *Scio enim quod constituet filiis suis post se, et custodient vias Domini Dei.* Magna hæc est virtutis accessio : non enim tantum mercedem accipit quia ipse bene egit ; sed et quia præcepit natis suis, largas retributiones accipit, idque merito : siquidem ipse omnibus deinceps magister et doctor evasit. Is enim qui principium præbet ac initia, etiam eorum quæ postea fiunt auctor est.

3. Et vide Domini bonitatem. Non solum pro præterita virtute, sed et pro futura justum remuneratur. *Scio enim, inquit, quod constituet filiis suis.* Quoniam, inquit, prænovi justum mentem, idcirco remunerationibus prævenio. Scit enim abdita cordis nostri, et quando videt consulentes ut oportet ac sanam præse ferentes mentem, manum porrigit, et ante labores mercedem tribuit, alacriores hac ratione efficiens : id quod in justis omnibus fieri invenies. Nam cum sciat imbecillitatem humanæ naturæ, ut non in arduis homo animum despondeat, inter laborandum ita suum auxilium et remunerationes præbet, ut et labor sublevetur, et fervor crescat. *Novi enim, inquit, quod constituet filiis suis, et custodient vias Domini Dei.* Non solum de ipso prædicat, *Constituet*, sed et de filiis ejus, *Custodient vias Domini Dei*, Isaac et Jacob insinuans. *Vias Domini*, hoc est, mandata et præcepta. *Ut faciant, inquit, judicium et justitiam* : nihil præferendo justitiæ, et vivendo citra omnem injustitiam. Hæc enim maxima virtus est : propterea evenient omnia quæ loquutus est ei Dominus. Opinor autem et aliud quiddam significare, cum dicit : *Abraham autem futurus est in gentem magnam et multam* : quasi dicat : Tu quidem qui virtutem amplexaris, et meis obtemperas præceptis, obedientiamque præ te fers, in gentem magnam et multam eris : impii autem illi Sodomorum regionem inhabitantes disperibunt omnes. Nam sicut virtus salutis causa est eam operantibus, ita et malitia interitus. Porro postquam benedictionibus et laudibus fiduciam majorem addidit justo, incipit id quod dicturus erat, et ait : 20. *Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est apud me, et peccata eorum magna valde.* 21. *Cum igitur descendero, videbo utrum juxta clamorem ipsorum, qui ad me venit, perficiunt, nec ne, ut sciam.* Terribilia verba. *Clamor, inquit, Sodomorum et Gomorrhæ.* Quamvis et alie civitates simul perierint, sed quia hæc fuerunt elariorum, ipsas solum commemoravit. *Multiplicatus est apud me, et peccata eorum magna valde.* Vide quomodo mala coacerventur. Non solum magna est multitudo clamoris, sed etiam injustitiæ. Nam illud, *Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est*, opinor significare, ipsos cum inenarrabili et veniam nullam merente iniquitate multas etiam injustitias

δυναθῶμεν. Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ὁ Δεσπότης ἐπήγγελλται λέγων· Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄψεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Νήφωμεν τοίνυν, καρακαλῶ, ἵνα κατ' ἴχνος τοῦ πατριάρχου τούτου τὴν ἀρετὴν μετιόντες, τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ στεφάνων ἀξιωθῆναι δυναθῶμεν, καὶ εἰς τοὺς τούτου καταντῆσαι κόλπους, καὶ διαφυγεῖν τὴν ἐν τῇ γειννῇ κόλασιν, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀξιωθῆναι. Ἄλλ' ἵνα πλείονα ζῆλον ἐν ὑμῖν ἐργαζώμεθα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ δικαίου τούτου μίμησιν ὑμᾶς διεγείρωμεν, φέρε πάλιν ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας διαλεχθῶμεν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἐπελθόντες τῶν ἐξῆς τὴν ἀκολουθίαν. Μετὰ γὰρ τὴν δαψιλῆ φιλοξενίαν ἐκείνην, οὐ τῇ ποιότητι ἢ ποσότητι τῶν ἐδεσμάτων κρινομένην, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ, τὸ δαψιλὲς τῆς γνώμης δεξάμενος παραχρῆμα τῆς φιλοξενίας τὰς ἀμοιβὰς ἐχαρίσατο. Καὶ μαθὼν τίς τε εἴη ὁ παραγεγονῶς, καὶ πόση ἡ τούτου δύναμις, μέλλουσιν ἐκαῖθεν ἐπὶ τὴν Σοδόμων καταστροφὴν ὁρμᾶν ἠκολούθησεν ὁ πατριάρχης συμπροπέμπων, φησὶν· Ὅρα Δεσπότης φιλανθρωπίαν, ὅση συγκαταβάσει κέχρηται, ὁμοῦ καὶ τὴν εἰς τὸν δίκαιον τιμὴν δεικνύς, καὶ ἐκκαλύψαι βουλόμενος τὴν ἀρετὴν τὴν ἐναποκειμένην αὐτοῦ τῇ ψυχῇ. Ἐξαναστάντες δὲ, φησὶν, οἱ ἄνδρες κατέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων καὶ Γομόρρας. Τοὺς ἀγγέλους φησὶν· Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραάμ καὶ οἱ ἄγγελοι, καὶ ὁ τούτων Δεσπότης κατὰ ταῦτον ὤφθησαν· λοιπὸν δὲ οἱ μὲν ὡς ὑπηρέται ἀπεστέλλοντο ἐπὶ τὴν καταστροφὴν τῶν πόλεων ἐκείνων, ὁ δὲ ἔμενε, καθάπερ φίλος φίλῳ, μονονουχὶ κοινολογούμενος τῷ δικαίῳ, ἅπερ ἔμελλε ποιεῖν. Ἀπελθόντων τοίνυν ἐκείνων, εἶπε, φησὶν, ὁ Κύριος· Οὐ μὴ κρύψω ἀπὸ Ἀβραάμ τοῦ παιδός μου, ἀ ἐγὼ ποιῶ. Μεγίστη τοῦ Θεοῦ ἡ συγκατάβασις, καὶ πάντα λόγον ὑπερβαίνουσα ἡ εἰς τὸν δίκαιον τιμῆ. Ὅρα γὰρ πῶς πρὸς αὐτὸν διαλέγεται, ὡσανεὶ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ διαλεξόμενος, δεικνύς ἡμῖν ὅσης οἱ ἐνάρετοι ἀξιοῦνται τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμῆς. Καὶ ἵνα μὴ νομίσης τῆς τοῦ Θεοῦ μόνον εἶναι ἀγαθότητος τὴν τῶσαυτην εἰς τὸν δίκαιον τιμὴν, ὅρα πῶς ἡ θεία Γραφή διδάσκει ἡμᾶς, ὅτι αὐτὸς ἑαυτῷ ταύτης τῆς τιμῆς αἴτιος κατέστη, μετὰ πολλῆς τῆς ὑπακοῆς τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ πειθόμενος ἐπιτάγμασιν. Εἰπὼν γάρ· Οὐ μὴ κρύψω ἀπὸ Ἀβραάμ τοῦ παιδός μου, ἀ ἐγὼ ποιῶ, οὐκ εὐθέως λέγει τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἀκόλουθον γὰρ τῆν ἐπαγαγεῖν καὶ εἰπεῖν, ὅτι μέλλει τὰ Σόδομα ἐμπιπρᾶν. Ἄλλ' ἀξίον μὴδὲ ἐκεῖνο παραδραμεῖν· οὐδὲ γὰρ συλλαβὴν οὐδὲ κεραίαν παρατρέχειν χρὴ τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων. Πόσης γὰρ οἶε τιμῆς εἶναι καὶ τοῦτο αὐτὸ τὸ λέγειν, Ἀβραάμ τοῦ παιδός μου; πόσου φιλτρῶ; πόσης διαθέσεως; Τοῦτο γὰρ μάλιστα δείκνυσι τὸ [426] ἐξαίρετον, καὶ τὴν εἰς τὸν δίκαιον τιμὴν. Εἶτα, ὅπερ ἔλεγον, εἰπὼν, Οὐ μὴ κρύψω, οὐκ εὐθέως ἐπάγει καὶ λέγει τὸ γινόμενον, ἀλλὰ τί; Ἴνα μάθωμεν ὅτι οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τῶσαυτην περὶ αὐτὸν δείκνυται τὴν κηδεμονίαν, φησὶν· Ἀβραάμ δὲ γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. Ἦδειν γὰρ ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ποιῶν δικαιοσύνην καὶ κρίσιν, ὅπως ἂν ἐπαγάγῃ Κύριος ἐπὶ Ἀβραάμ πάντα, ἀ ἐλάλησε πρὸς αὐτόν. Βαβαῖ, πόσον τῆς τοῦ Δεσπότης φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος. Ἐπειδὴ μέλλει μετὰ ταῦτα ἐπάγειν τὰ κατὰ τὴν κατα-

στροφὴν Σοδόμων, προλαβὼν νῦν παραθάρρῦνει τὸν πατριάρχην, ὁμοῦ καὶ τὴν μεγίστην εὐλογίαν αὐτῷ ἐπαγγελλόμενος, καὶ ὅτι εἰς πλῆθος ἔσται μέγα, καὶ διδάσκων αὐτὸν ὅτι ἀμοιβὴν ταύτην λαμβάνει τῆς φιλοθέου αὐτοῦ γνώμης. Ἐνόησον γὰρ ὅση ἐστὶν ἡ τοῦ πατριάρχου ἀρετὴ, ὅταν ὁ Θεὸς λέγῃ· Ἦδειν γὰρ ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ μετ' αὐτόν, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου. Πολλὴ τῆς ἀρετῆς ἡ ἐπίτασις· οὐ γὰρ μόνον ὑπὲρ ὧν αὐτὸς μέτεισι τὴν ἀρετὴν, τὰς ἀμοιβὰς δέχεται, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν διετάξατο τοῖς ἐξ αὐτοῦ τεχθεῖσι, δαψιλοῦς ἀξιούται τῆς ἀντιδόσεως· εἰκότως· αὐτὸς γὰρ λοιπὸν ἅπασι διδάσκαλος γέγονεν. Ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν καὶ τὰ προοίμια παρασχών, οὗτος καὶ τῶν μετὰ ταῦτα γινομένων αἴτιος ἂν εἴη.

γ'. Καὶ ὅρα τοῦ Δεσπότης τὴν ἀγαθότητα. Οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς ἐν τῷ παρελθόντι ἀρετῆς ἀμείβεται τὸν δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς μελλούσης. Ἦδειν γὰρ, φησὶν, ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ, φησὶ, προγενώσκω τοῦ δικαίου τὴν γνώμην, διὰ τοῦτο προλαμβάνω ταῖς ἀμοιβαῖς. Οἶδε γὰρ τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας ἡμῶν, καὶ ὅταν θεάσῃται τὰ θέοντα βουλευμένους καὶ ὑγιῆ τὴν γνώμην ἐπιδεικνυμένους, καὶ χεῖρα ὀρέγει, καὶ πρὸ τῶν πόνων ἀμείβεται, προθυμοτέρους ταύτη κατασκευάζων· καὶ τοῦτο ἂν εὖροις ἐπὶ τῶν δικαίων ἀπάντων γινόμενον. Εἰδὼς γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, ὥστε μὴ ἀπαγορεῦσαι πρὸς τὰ δυσχερῆ, μεταξὺ τῶν πόνων πολλάκις τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἀντίληψιν καὶ τὰς ἀμοιβὰς παρέχει, ὥστε καὶ τὸν πόνον ἐπικουφίσει, καὶ τὴν ὁρμὴν ἐπιτείνει. Ἦδειν γὰρ, φησὶν, ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου. Οὐ μόνον περὶ αὐτοῦ προλέγει, ὅτι συντάξει, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ὅτι φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου, τὸν Ἰσαάκ, τὸν Ἰακώβ αἰνιττόμενος. Τὰς ὁδοὺς Κυρίου, τοῦτ' ἔστι τὰ προστάγματα, τὰς ἐντολάς. Ποιεῖν γὰρ, φησὶ, δικαιοσύνην καὶ κρίσιν· μηδὲν τοῦ δικαίου προτιμᾶν, ἐκτὸς γίνεσθαι πάσης ἀδικίας. Τοῦτο γὰρ ἡ μεγίστη ἀρετὴ· εἰς τοῦτο πάντα εἰς ἔργον ἐκθήσεται, ὅσα ἐλάλησε Κύριος πρὸς αὐτόν. Οἶμαι δὲ καὶ ἕτερον τι αἰνιττεσθαι αὐτὸν διὰ τοῦ λέγειν, Ἀβραάμ δὲ γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ, ἀντὶ τοῦ, Σὺ μὲν ὁ τὴν ἀρετὴν ἐλόμενος, καὶ τοῖς ἐμοῖς προστάγμασι πειθόμενος, καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδεικνύμενος, εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ γενήσῃ· οἱ δὲ παράνομοι οὗτοι οἱ κατὰ τὴν τῶν Σοδόμων χώραν οἰκοῦντες, ἀφανισθήσονται ἅπαντες. Ὅσπερ γὰρ ἡ ἀρετὴ σωτηρίας ὑπόθεσις γίνεται τοῖς ταύτην μετιούσιν, οὕτως ἡ πονηρία ἀφανισμοῦ αἰτία καθίσταται. Εἶτα ἐπειδὴ καὶ διὰ τῆς εὐλογίας, καὶ διὰ τῶν ἐπαίνων εἰς πλείονα παρρησίαν ἤγαγε [427] τὸν δίκαιον, ἀρχεται τῆς ὑποθέσεως, καὶ φησὶ· Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται πρὸς με, καὶ αἱ ἀμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Κατωθὺς οὖν ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρὸς με συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γινῶ. Φοβερά τὰ εἰρημένα. Κραυγὴ Σοδόμων, φησὶ, καὶ Γομόρρας. Καίτοι καὶ ἕτεραι πόλεις μετ' αὐτῶν ἠφανίσθησαν, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐταὶ ἦσαν αἱ περιφανέστεραι, τούτων ἐμνημόνευσεν. Πεπλήθυνται πρὸς με, καὶ αἱ ἀμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. Ὅρα τῶν κακῶν τῆν ἐπίτασιν. Οὐ μόνον πολὺ τὸ πλῆθος τῆς κραυγῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀδικίας. Τὸ γὰρ, Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται, οἶμαι σημαίνει, ὅτι μετὰ τῆς παρανομίας ἐκείνης τῆς ἀφάτου καὶ πάσης συγγνώμης ἀπεστερημένης, καὶ ἑτέρας ἀδικίας πολλάς ἐπεδείκνυντο, οἱ δυνατώτεροι κατεξανιστάμενοι τῶν ἀσθενεστέρων, οἱ πλοῦστοι τῶν πενήτων. Οὐ μόνον

\* In Bibliis Græcis legitur μὴ κρύψω, per interrogationem

τοίνυν, φησι, πολὺ τῆς κραυγῆς τὸ πένθος, ἀλλὰ καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν οὐχ αἱ τυχοῦσαι εἰσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλαι, καὶ σφόδρα μεγάλαι. Ξένον γὰρ τρόπον παρανομίας ἐπενόησαν, καὶ ἄλλοκότους καὶ ἀθέσμους τῶν μίξεων νόμους ἐφεῦρον, καὶ τοσαύτη τῆς κακίας ἢ φορὰ, ὡς ἅπαντας τῆς λύμης ἀναπληροῦσθαι πάσης, καὶ μηδεμίαν λοιπὴν διόρθωσιν αὐτοὺς ἐπιδέχεσθαι, ἀλλ' ἀφανισμοῦ δεῖσθαι παντελοῦς· οὐδὲ γὰρ ἰατρείαν λοιπὸν ἐπιδέχεται τὰ τούτων πάθη ἀνίατα γεγονότα. Ἔττα παιδεύων ἅπασαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, κἂν μέγала ἢ σφόδρα τὰ ἁμαρτήματα καὶ ὠμολογημένα, μὴ πρότερον τὰς ψήφους ἐκφέρειν, πρὶν ἂν ἐναργεῖς ἀποδείξεις γένωνται, φησί· *Καταβάς δῶσομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται τὴν ἐρχομένην πρὸς με· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γινῶ.* Τί βούλεται τῆς λέξεως ἢ συγκατάβασις; *Καταβάς*, φησὶν, *δῶσομαι*. Τόπον γὰρ ἐκ τύπου μεταβαίνει ὁ τῶν ὄλων θεός; Οὐχί, μὴ γένοιτο. Οὐ τοῦτο λέγει, ἀλλ' ὅπερ πολλάκις ἔφη, τῇ παχύτητι τῆς λέξεως ἡμᾶς παιδεῦσαι βούλεται, ὅτι δεῖ πολλῇ τῇ ἀκριθείᾳ κεχρησθαι, καὶ μήτε ἀπὸ ἀκοῆς καταδικάζειν τοὺς ἡμαρτηκότας, μήτε ἄνευ ἀποδείξεως τὰς ψήφους ἐκφέρειν. Ἀκούωμεν ταῦτα ἅπαντες. Οὐ γὰρ μόνον οἱ τὸν δικαστικὸν θρόνον ἐπέχοντες, τοῦτον παραφυλάττεσθαι ὀφείλουσι τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν ἕκαστος μηδέποτε ἀπὸ ψιλῆς διαβολῆς κατακρίνειν τὸν πλησίον. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα ὁ μακάριος οὗτος Μωϋσῆς ἐνηχοῦμενος ὑπὸ τοῦ Πνεύματος παρήγει, λέγων· *Ἀκοὴν ματαίων μὴ παραδέξῃ.* Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος γράφων ἐβόα· *Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου;* Καὶ ὁ Χριστὸς διατασσόμενος τοῖς μαθηταῖς, καὶ διδάσκων τῶν Ἰουδαίων τὸ πλῆθος, τοὺς γραμματέας αὐτῶν καὶ Φαρισαίους, ἔλεγε· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε.* Τί γὰρ, φησὶ, πρὸ καιροῦ ἀρπάζεις τὸ τοῦ δικαστοῦ ἀξίωμα; τί προλαμβάνεις τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβεράν; Βούλει κριτῆς εἶναι; Σαυτοῦ γίνου, καὶ τῶν σοι [428] πεπλημμελημένων. Οὐδεὶς ὁ κωλύων. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ ἡμαρτημένα σοι διορθώσῃ, καὶ οὐδεμίαν ἐκ τοῦ πράγματος ὑποστήσῃ βλάβην. Ἐὰν δὲ τὰ κατὰ σαυτὸν καταλιπὼν ἑτέρους καθέξῃ κρίνων, μείζονα σαυτῷ τὰ φορτία τῶν ἁμαρτημάτων συλλέγων οὐκ αἰσθάνῃ. Δι' ὃ, παρακαλῶ, φεύγωμεν πάντῃ τὸ καταδικάζειν τοὺς πλησίον. Εἰ γὰρ καὶ τῆς ἐξουσίας τῆς δικαστικῆς οὐ μετέχεις, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ κατέχρινας, καὶ ὑπεύθυνον τῷ ἁμαρτήματι πεποίηκας, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν δεξάμενος, ἀλλὰ πολλάκις ἐξ ὑποψίας καὶ διαβολῆς ψιλῆς. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ ἐβόα λέγων· *Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκεν.*

8. Εἶδες ἀρετῆς ὑπερβολὴν; Οὐ μόνον οὐ παρεδέχετο αὐτὸς τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ ἀπήλαυσε τὸν τοῦ ἀδελφοῦ καταλαλεῖν βουλόμενον. Ἐὰν τοίνυν βουλώμεθα καὶ ἡμεῖς ἐλάττωσιν τὰ ἑαυτοῖς ἐπταισμένα, τοῦτο μάλιστα πάντων φυλαττώμεθα, μήτε καταψηφίζεσθαι τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων, μήτε τοὺς καταλαλεῖν ἐπιχειροῦντας προσίεσθαι, μᾶλλον δὲ κατὰ τὸν προφήτην ἀπελαύνειν, καὶ πάντῃ ἀποστρέφεσθαι. Τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ τὸν προφήτην Μωϋσῆν δηλοῦν διὰ τοῦ λέγειν, *Ἀκοὴν ματαίων μὴ παραδέξῃ.* Διὰ τοι τοῦτο καὶ νῦν ὁ τῶν ὄλων Δεσπότης τοσαύτη παχύτητι λέξεως ἐχρήσατο πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καὶ φησι· *Καταβάς δῶσομαι.* Τί γὰρ; Οὐκ ἠπίστατο; οὐκ ἤδει τὸ μέγεθος τῶν ἁμαρτημάτων; οὐκ ἐγίνωσκε τὸ ἀδιόρθωτον τῶν

ἐπταισμένων; Ἄλλ' ὡσπερ ἀπολογία τινὰ συντιθεῖς τοῖς μετὰ ταῦτα ἀναισχύντως ἐγκαλεῖν βουλομένοις, καὶ δεικνύς αὐτῶν τὸ ἀκάθεκτον, καὶ τὴν πολλὴν σπάνιν τῆς ἀρετῆς, τοσαύτη κέχρηται τῇ μακροθυμίᾳ. Τάχα δὲ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὥστε καὶ τῷ δικαίῳ ἀφορμὴν παρασχεῖν δεῖξαι τῆς γνώμης αὐτοῦ τὸ συμπαθὲς καὶ τὸ φιλόστοργον. Οἱ μὲν οὖν ἄγγελοι, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, ἀπῆλθον εἰς τὰ Σόδομα· ὁ δὲ πατριάρχης εἰστήκει ἐναντίον Κυρίου. *Καὶ ἐγγίσας*, φησὶν, *Ἀβραὰμ εἶπε· Μὴ συναπολέσης δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς, καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής;* Ἡ τῆς τοῦ δικαίου παρρησίας, μᾶλλον δὲ, ὡς ψυχῆς συμπάθεια· ὅπως τῇ τῆς συμπαθείας μέθῃ καρῶθεις οὐδὲ ὁ λέγει συνήσῃ. Καὶ δεικνύουσα ἡ θεία Γραφή, ὅτι μετὰ φόβου πολλοῦ καὶ τρόμου τὴν ἱκεσίαν πειεῖται, φησὶν· *Ἐγγίσας Ἀβραὰμ εἶπε· Μὴ συναπολέσης δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς;* Τί ποιεῖς, ὦ μακάριε πατριάρχα; Τῆς παρά σου δεῖται παρακλήσεως ὁ Δεσπότης, ὥστε μὴ τοῦτο ποιῆσαι; Ἄλλὰ μὴ τοῦτο νοήσωμεν· οὐδὲ γὰρ ὡς τοῦ Δεσπότητος τοῦτο ποιεῖν μέλλοντος λέγει, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐξ εὐθείας διὰ τὸν ἀδελφιδοῦν εἰπεῖν οὐκ ἐθάρρει, κοινήν ὑπὲρ ἀπάντων ποιεῖται τὴν ἱκεσίαν, βουλόμενος μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτον διασωσάσαι, καὶ μετὰ τούτου καὶ τοὺς ἄλλους ἐξαρπάσαι· καὶ ἀρχεται τῆς παρακλήσεως, καὶ φησὶν· *Ἐὰν ὡσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, ἀπολέσεις αὐτούς;* Οὐκ ἀνήσεις ἅπαντα τὸν τόπον ἔνεκεν τῶν πεντήκοντα δικαίων, ἐὰν ὡσιν ἐν αὐτῇ; *Μηδαμῶς· οὐ ποιήσεις τὸ ῥῆμα τοῦτο\*, τοῦ ἀποκτεῖναι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς, καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής.* *Μηδαμῶς.* [429] *Ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίνειν;* Ὅρα πῶς καὶ ἐν τῇ ἱκεσίᾳ δεικνύσιν αὐτοῦ τῆς γνώμης τὸ φιλόθεον, καὶ κριτὴν πάσης τῆς γῆς ὁμολογεῖ, καὶ ἀξιοῖ μὴ συναπολέσαι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς. Ἔττα ὁ ἡμέτερος καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ἐπινεύει τῇ αἰτήσῃ, καὶ φησι· *Ποιῶ ὅπερ εἰρηκας, καὶ δέχομαι σου τὴν παράκλησιν.* Ἐὰν εὐρεθῶσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, δι' ἐκείνους ἀφήσω πάντα τὸν τόπον. *Χαρίζομαι*, φησὶ, τοῖς πεντήκοντα δικαίοις, ἐὰν εὐρεθῶσι, τῶν λοιπῶν τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν αἴτησιν τὴν σὴν εἰς ἔργον ἀγάγω. Ἄλλ' ἴδωμεν τὸν δίκαιον τοῦτον, ὅπως παρρησίας ἐπιλαθόμενος, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν φιλάνθρωπιαν εἰδὼς, πάλιν δευτέραν αἴτησιν προσάγει, καὶ φησι· *Νῦν ἠρξάμην λαλῆσαι πρὸς τὸν Κύριόν μου· ἐγὼ δὲ εἰμι γῆ καὶ σποδός.* Μὴ νομίσης, φησὶ, Δέσποτα, ἀγνοεῖν με ἑμαυτὸν, καὶ ὑπερβαίνειν με τὸ μέτρον, καὶ τοσαύτη κεχρησθαι τῇ παρρησίᾳ. Οἶδα γὰρ ὅτι γῆ εἰμι καὶ σποδός· ἀλλ' ὡσπερ τοῦτο οἶδα, καὶ σαφῶς ἐπίσταμαι, οὕτως οὐδὲ ἐκείνο ἀγνοῶ, ὅτι πολὺ τὸ μέγεθος τῆς σῆς φιλάνθρωπιαν, καὶ ὅτι πλούσιος εἶ ἐν ἀγαθότητι ἡ, καὶ βούλει πάντα ἀνθρώπους σωθῆναι. Ὁ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγὼν, πῶς ἂν ποτε γενομένους ἀπολέσης, εἰ μὴ πολλῇ τῶν ἁμαρτημάτων ἦν ἡ φορὰ; Δι' ὃ δέομαι πάλιν καὶ ἀξιῶ, *Ἐὰν ἐλάττους τῶν πεντήκοντα εὐρεθῶσι, καὶ τεσσαράκοντα πέντε ὡσιν ἐν τῇ πόλει δίκαιοι, οὐ σώσεις τὴν πόλιν;* *Καὶ εἶπεν· Ἐὰν εὐρεθῶσι τεσσαράκοντα πέντε, οὐ μὴ ἀπολέσω.* Τίς ἂν κατ' ἀξίαν τὸν τῶν ὄλων θεὸν ὑμνήσειε τῆς τοσαύτης μακροθυμίας καὶ συγκαταβάσεως, ἢ τὸν δίκαιον μακαρίσειε τοσαύτης ἀπολαύσαντα παρρησίας; *Καὶ προσ-*

\* In Bibliis Græcis μηδαμῶς οὐ ποιήσεις ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο.  
 ὁ Savil. ὅτι πηγάζεις ἐν ἀγαθότητι. Tres mss. ὅτι πηγάζῃ ἐν. Morel ut in textu.

alias exhibuisse : et insurrexisse potentiores contra invalidiores, ditioresque contra pauperes. Proinde non solum, inquit, magnus erat planctus clamoris, sed et peccata ipsorum non vulgaria fuere, sed magna, atque ingentia. Insolitum enim iniquitatis modum excogitaverunt, et alienas et illicitas coeundi leges invenerunt. Atque tanta erat malitiæ proclivitas, ut omnes omni malo replerentur, et nullam postea correctionem admitterent, dignique essent qui penitus abolerentur : neque enim incurabiles illorum morbi medicos ferebant. Postea docens omne hominum genus, licet magna valde et explorata sint peccata, non antea tamen pronuntiandam sententiam, quam manifestæ probationes adsint, inquit : *Cum descendero, videbo utrum juxta clamorem ipsorum, qui ad me venit, perficiant, necne, ut sciam.*

*Non sunt auditu solo condemnandi rei.* — Quid sibi vult, et cur sermonem suum ita attemperat? *Cum descendero, inquit, videbo.* Numquid de loco in locum transit universorum Dominus? Absit. Non hoc sibi vult; sed ut dixi, crassiori sermone nos instituere cupit, magna opus esse diligentia : et non auditu solo peccatores condemnandos esse, neque sententiam ferendam, nisi comprobatio præcedat. Audiamus hæc omnes. Non enim solum ii qui pro tribunali sedent, observare hanc legem debent, sed et nullus umquam ob nudam accusationem proximum condemnet. Idcirco enim et post hæc beatus Moses Spiritu sancto afflatus admonet, dicens : *Auditum vanum ne accipias (Exod. 23. 1).* Et beatus Paulus, scribens, clamabat : *Tu autem cur judicas fratrem tuum (Rom. 14. 10)?* Christus quoque præcipiens discipulis suis, et docens Judæorum multitudinem, scribas eorum, et Phariseos, *Nolite, inquit, judicare, ut non judicemini (Matth. 7. 1).* Cur enim, inquit, ante tempus invadis judicis jus? cur prævenis diem illum terribilem? Vis judex esse? Judica temetipsum, et tua delicta. Nullus est qui vetet. Sic enim et peccata tua emendabis, et nihil ex hoc incommodi capies. Quod si relictis rebus tuis sedes ad judicandum alios, majores te tibi ipsi colligere peccatorum sarcinas non sentis. Idcirco, obsecro, fugiamus omnino a condemnandis aliis. Nam etsi judiciariæ potestatis non sis particeps, attamen judicasti mente, et peccato fecisti te obnoxium, quando nulla demonstratione accepta, sed sæpenumero sola suspitione, et tenui accusatione condemnas. Quapropter beatus David clamabat dicens : *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequer (Psal. 100. 5).*

4. *Alienæ famæ parcendum.* — Vidisti virtutis eminentiam? Non solum non recipiebat quæ dicebantur, sed et abigebat volentem fratri suo maledicere. Igitur si et nos peccata nostra imminuere volumus, hoc maxime omnium servemus, nec condemnemus fratres nostros, neque detrahere cupientes admittamus : imo secundum prophetam abigamus, et omnino aversemur. Hoc enim opinor et prophetam Mōsem insinuare, cum dicit : *Auditum vanum ne acceperis (Exod. 23. 1).* Et hac de causa etiam nunc Dominus tam

crasso sermone usus est in utilitatem animarum nostrarum. Dicit enim : *Cum descendero autem, videbo.* Cur enim? Num nesciebat? ignorabatne peccatorum magnitudinem? an nesciebat lapsos correctionem non suscepturos? Absit. Verum quasi satisfactionem quamdam affert iis qui posthac impudenter accusare volent, et monstrando eorum pervicaciam et virtutis penuriam, tanta usus est patientia. Fortassis autem non propter hoc solum, sed et ut justo detur occasio declarandi mentem suam misericordiæ plenam, et bene in alios affectam. Angeli enim, ut dixi, abierant in Sodoma (v. 22) : patriarcha vero stabat coram Domino : 23. *Et ut appropinquavit, inquit, Abraham, dixit : Numquid perdes simul justum cum impio, et erit justus sicut impius? O justus viri fiduciam! imo, o quanta animi commiseratio! quomodo commiserationis ebrietate gravatus nescit quid dicat.* Et ostendens divina Scriptura, ipsum magno timore et tremore preces fundere, ait : *Ut appropinquavit Abraham, dixit : Numquid perdes simul justum cum impio? Quid facis, o beate patriarcha? Quid opus habet tua deprecatione Dominus, ut ne hoc faciat? Verum ne hoc cogitemus : non enim quasi Domino hoc facturo dicit, sed quia manifeste propter fratris filium dicere non audebat, communes pro omnibus fundit preces, volens cum aliis et hunc servare, et cum hoc etiam alios eripere : incipitque patrocinari, ac dicit : 24. Si fuerint quinquaginta justus in civitate, num perdes eos? Non parces toti loco propter quinquaginta justos, si inventi fuerint in ea? 25. Nequaquam facies verbum hoc, ut occidas justum cum impio, et sit justus sicut impius. Nequaquam. Qui judicas omnem terram, non facies judicium? Vide quomodo et in hac oratione suam religiosam et præmentem declarat, et judicem omnis terræ confitetur, precaturque ne pereat justus cum injusto. Postea mitis et benignus Dominus annuit petitioni, et dicit : Facio id quid dixisti, et accipio tuam petitionem. 26. Si invenientur quinquaginta justus in civitate, propter illos parcam toti loco. Dabo hoc, inquit, quinquaginta justis, si inventi fuerint, et aliis salutem impertiam, et petitionem tuam implebo. Verum videamus justum illum, quomodo arrepta fiducia, et agnita clementia Dei, iterum aliam petitionem affert, et inquit : 27. Nunc cœpi loqui ad Dominum meum, ego autem sum terra et cinis. Ne putes, inquit, Domine, me ignorare meipsum, et transgredi mensuram, et tanta uti fiducia. Scio enim, me terram esse et cinerem : sed sicut hoc scio, et manifeste scio, ita neque illud ignoro, copiosam esse tuæ clementiæ magnitudinem, et te divitem esse bonitate, velleque omnes homines salvos fieri. Nam quos ex nihilo produxisti, quomodo factos perderes, nisi magna esset peccatorum copia? Idcirco iterum oro et precor, 28. Si pauciores quinquaginta inventi fuerint, et quadraginta quinque fuerint in civitate justus, non salvabis civitatem? Et dixit : Si inventi fuerint quadraginta quinque, non perdam. Quis pro dignitate Dominum omnium laudavit,*

ob tantam patientiam atque indulgentiam : vel justum beatum prædicarit, tanta præditum fiducia? 29. *Et adjecit, inquit, ultra loqui, et dixit : Si inventi fuerint ibi quadraginta? Et dixit : Non perdam propter quadraginta.* Exin quasi reveritus ineffabilem Dei patientiam justus, et timens ne forte precando videatur transcendere modum, dicit : 30. *Numquid, Domine, si loquar : Si inventi fuerint ibi triginta? Quia paratum invenit ad misericordiam, non jam paulatim diminuit, neque quinque justos detrahit, sed decem, et sic affert patrocinium : Si inventi fuerint illic triginta? Et dixit : Non perdam, si invenerim illic triginta.* Animadvertite quanta justis constantia ; quasi ipse foret obnoxius sententiæ, ita eripere studet a pœna Sodomitarum gentem. 31. *Et dixit, quoniam possum loqui ad Dominum : Si inventi fuerint ibi viginti? Et dixit : Non perdam propter viginti.* Omnem sermonem transcendit et omnem cogitationem Domini bonitas. Quis enim nostrum, qui in medio infinitorum malorum versamur, vellet ferendo sententiam contra proximos tanta uti indulgentia atque clementia?

5. Verumtamen justus ille videns divitias clementiæ Dei, non subsistit, sed iterum dicit : 32. *Numquid, Domine, si loquar adhuc semel?* Nam quia ineffabilis erat tolerantia, propter hæc reveritus ne et indignationem adversus se moveret ejus qui rogabatur, dicit : *Numquid, Domine? Num temerarium quiddam facio? dicit : num impudentiam præ me fero? num opus condemnatione dignum facio, si loquar adhuc semel? Pro magna et inenarrabili bonitate tua adhuc unam orationem accipito a me, Si autem inventi fuerint illic decem? Et dixit : Non perdam propter decem.* Et quia prius dixit : *Adhuc semel loquar?* 33. *Abiit, inquit, Dominus postquam cessaverat loqui Abraham; et Abraham reversus est in locum suum.* Vidistis Dominum ad nostram infirmitatem se demittentem? vidistis et justis erga alios affectum? didicistis quanta vis sit eorum qui virtutem exercent? Si enim inventi fuerint, inquit, decem justis, propter illos omnibus remissionem concedo peccatorum. Non bene dicebam, hæc omnia facta esse, ut nulla postea relinquatur impudenter loquentibus contradicendi occasio? Sunt enim multi insanientium, qui infreni lingua et reprehendere et dicere audent : Quare incensa sunt Sodoma? Si patienter tulisset eos Dominus, forte pœnitentiam egissent. Propter hoc ostendit tibi nequitiae exsuperantiam; ita ut in tanta multitudine tanta virtutis penuria fuerit, ut alio quodam diluvio indigeret, et quale prius in mundo fuit. Sed quia promissio Dei est, ut non ultra tale inferatur supplicium, propterea alium pœnæ modum excogitat, simul de illis pœnas sumens et posteris omnibus perpetuam præbens doctrinam. Quoniam enim naturæ leges subverterant, et alienos illicitosque excogitarant coitus, idcirco insolitum supplicii modum induxit propter illorum iniquitatem : et terræ viscera inutilia reddens, et relicto posteris monumento perpetuo, ut ne eadem aggressi in easdem incidant pœnas. Licet autem volenti ad loca illa per-

gere videre ipsam terram, ut ita dicam, clamantem et ostendentem supplicii vestigia post tam multos annos, quasi heri vel hodie impressa : tam manifesta ostenditur indignatio. Ideo obsecro, ut alieni supplicii exemplo nos castigemur.

*Hic impune peccantes acerbius punientur in altera vita; proborum causa Deus patienter fert peccatores.* — Sed forte dixerit aliquis : Quid ergo? cur illi pœnas dederunt? nonne sunt etiam nunc multi qui eadem committunt scelera, neque tamen puniuntur? Etiam : sed hoc potissimum majorem pœnam conciliabit iis qui talia perpetrant<sup>1</sup>. Quando enim non castigamur ex iis quæ illis acciderunt, et nec quidpiam nobis provenit lucri ex patientia Dei, cogita quomodo illum inexstinguibilem ignem vehementius nobismetipsis succendimus, et acerbum vermem paramus. Verumtamen, quia propter gratiam Dei sunt et nunc multi virtute præditi, qui placare possunt Dominum, sicut tunc patriarcha : tametsi nos, cum nos ipsos attendimus, et nostram videmus desidiam, putamus miram virtutis raritatem : attamen propter illorum virtutem, erga alios Deus patientiam exhibet. Et ut scias talium hominum fiducia nobis Dei patientiam conciliari, audi ex hac ipsa historia, quid dicat patriarchæ : *Si decem justos invenero, non perdam civitatem.* Et quid dico decem justos? Nullus inventus illic ab iniquitate alienus, nisi solus Lot justus, et ejus duæ filiarum. Uxor enim propter ipsum forte pœnam civitatis effugit, postea tamen pœnam dedit ignaviæ suæ. Nunc autem propter ineffabilem Dei misericordiam, quia pietas incrementum sumpsit, multi etiam in mediis civitatibus latentes possunt placare Deum, et alii in montibus et speluncis, paucorumque virtus multorum tegere valet malitiam. Multa enim Domini bonitas est, et sæpe solet etiam propter paucos multis dare salutem. Et quid dico, propter paucos justos? Sæpe, quando non inventus est in præsentis vite justus, propter defunctorum virtutem, viventium miseretur et curam habet : unde clamat dicens : *Protegam civitatem hanc propter me, et propter David puerum meum* (4 Reg. 19. 34) ; quasi diceret : Licet ipsi indigni sint qui servantur, et nullam salutis habeant occasionem : verum quia solitus sum misericorditer agere, et ad miserandum promptus sum et ad eripiendum e calamitatibus, propter meipsum, et propter puerum meum David protegam : et qui ante tot annos e vita migravit, hic auctor est salutis iis qui sua sese perdiderant desidia. Vidisti clementiam Domini, quomodo eos qui virtute pollent, honore afficit, præponit, et toti multitudini æquiparat? Quapropter et Paulus dicebat : *Obambulaverunt in ovillis caprinisque pellibus, destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mundus* (Hebr. 11. 37. 38). Totus, inquit, iste mundus, et totus orbis non est conferendus iis qui in afflictionibus et pressuris, et nuditate agunt et obambulant, et in speluncis versantur propter Deum.

<sup>1</sup> Savil. et quatuor Mss. : *Etiam : sed hoc potissimum majorem anxietatem animis nostris injicere poterit.* Sed lectionem Morelli, quæ melior videtur, retinemus; sub hac magna observatur in Mss. et apud Savil. varietas.



έθηκε, φησίν, έτι λαλήσαι, και ειπεν· Έάν δε εύρεθώσιν εκεί τεσσαράκοντα; Και ειπεν· Ού μη απολέσω ένεκεν τών τεσσαράκοντα. Είτα λοιπόν ώσπερ αιδεσθεις του Θεού την άφατον μακροθυμίαν οδίκαιος, και δεδιώς μήποτε και δόξη υπερβαίνειν, και πέρα του μέτρου την ίκυσίαν ποιείσθαι, φησί· Μή τι, Κύριε, εάν λαλήσω· Έάν εύρεθώσιν εκεί τριάκοντα; Έπειδή ειδεν έτοιμον προς φιλανθρωπίαν, ούκ έπι κατά μικρόν καθυφίησιν, ούδ' επέντε δικαίους παραλιπών<sup>a</sup>, αλλά δέκα, ούτω προσάγει την παράκλησιν, και φησιν· Έάν εύρεθώσιν εκεί τριάκοντα; Και ειπεν· Ού μη απολέσω, εάν εύρω εκεί τριάκοντα. Σκόπει πόση του δικαίου ή εύτονια· καθάπερ αυτός μέλλων υπεύθυνος τη ψήφω γίνεσθαι, ούτω πολλήν τίθεται την σπουδήν έξαρπάσαι της μελλούσης επάγεσθαι τιμωρίας το των Σοδομιτών έθνος. Και ειπεν· Έπειδή έχω λαλήσαι προς τον Κύριον, Έάν δε εύρεθώσιν εκεί είκοσι; Και ειπεν· Ού μη απολέσω ένεκεν τών είκοσι. Πάντα λόγον υπερβαίνει και πάσαν έννοιαν ή του Δεσπότου αγαθότης. Τίς γάρ ήμών των έν μέσω μυρίων κακών στρεφομένων ελετό ποτε κατά των όμογενών ψήφον εκφέρων τσαύτη χρήσασθαι συγκαταθάσει και φιλανθρωπία;

ε'. Άλλ' όμως ο δίκαιος ούτος όρών την πλούτον της του [430] Θεού φιλανθρωπίας ούχ ίσταται, αλλά πάλιν φησί· Μή τι, Κύριε, εάν λαλήσω έτι άπαξ; Έπειδή γάρ άφατος ήν ή μακροθυμία, διά τουτο δεδοικώς μη και εις άγανάκτησιν την κατ' αυτού κινήσειε τον παρακαλούμενον, φησί· Μή τι, Κύριε; Μή προπετές τι ποιώ; μη άναίσχυντόν τι επιδείκνυμι; μη καταγνώσεως άξιον πράγμα διαπράττομαι, εάν λαλήσω έτι άπαξ; Μετά της πολλής εκείνης αγαθότητος έτι μίαν ίκυσίαν δέξαι παρ' έμου. Έάν δε εύρεθώσιν εκεί δέκα; Και ειπεν· Ού μη απολέσω ένεκεν τών δέκα. Και επειδή προλαβών ειπεν, Έτι άπαξ λαλήσω; Απήλθε, φησί, Κύριος, ως επαύσατο λαλών τω Αβραάμ· και Αβραάμ υπέστρεψεν εις τον τόπον αυτού. Είδετε του Δεσπότου την συγκατάβατιν; είδετε του δικαίου την φιλοστοργίαν; έμάθετε όση ή ίσχύς των την άρετήν μετιόντων; Έάν γάρ εύρεθώσι, φησί, δέκα δικαίοι, δι' εκείνους πάσι την συγχώρησιν των ήμαρτημένων δωροῦμαι. Ού καλώς έλεγον, ότι ταῦτα πάντα έγέμετο, ίνα μηδεμία καταλίπηται τοίς μετά ταῦτα άναίσχυντουσίαν αντίλογίας άφορμή; Είσι γάρ πολλοί των μεμνηότων, άκόλαστον γλώτταν έχοντες, και αίτιασθαι βουλόμενοι και λέγοντες· Τίνος ένεκεν ένεπρήσθη τα Σόδομα; Εί μακροθυμίας απήλαυσαν, ίσως άν μετενόησαν. Διά τουτο δείκνυσί σοι της κακίας την επίτασιν<sup>b</sup>, και ότι έν τσοούτω πλήθει τσαύτη ήν σπάνις άρετης, ως έτέρου κλυδωνίου τοιούτου δεισθαι, όσον πρότερον κατέλαθε την οικουμένην. Άλλ' επειδή ύπόσχεσις έστι του Θεού, ώστε μηκέτι τοιαύτην επενεχθηναι τιμωρίαν, διά τουτο έτερον τρόπον τιμωρίας επάγει, όμου κάκεινους ύπό την τιμωρίαν άγων, και τοίς έξής άπασι διηνεκή την διδασκαλίαν παρεχόμενος. Έπειδή γάρ άνέτρεψαν τους της φύσεως νόμους, και ξένας και παρανόμους επενόησαν μίξεις, διά τουτο ξένον τιμωρίας τον τρόπον επήγαγε, διά την εκείνων παρανομίαν και της γης την γαστέρα πηρώσας, και καταλιπών ύπόμνημα διηνεκός ταίς μετά ταῦτα γενεαίς, ώστε μη τοίς αύτοίς επιχειρείν, ίνα μη τοίς αύτοίς πε-

ριπέσωσι. Και έξεστι τω βουλομένω εις τους τόπους άφικνείσθαι εκείνους, και όραν αυτήν, ως ειπείν, την γην βοώσαν και δεικνύουσιν της τιμωρίας τά έχνη, και μετά τσοούτων έτών αριθμόν, ως χθές και πρώην επαχθείσης της τιμωρίας, ούτω καταφανής ή άγανάκτησις δείκνυται. Δι' ο, παρακαλώ, έξών έτεροι την δίκην έδωσαν ήμεις σωφρονιζόμεθα. Άλλ' ίσως ειποι τις άν· Τί ούν; επειδή εκείνοι ούτως εκολάσθησαν, ούκ εισί και νυν πολλοί τά αυτά εκείνοις παρανομούντες, και μη κολαζόμενοι; Ναί· αλλά τουτο μάλλον τιμωρίαν προξενήσει<sup>c</sup> τοίς τοιαῦτα παρανομοῦσι. Όταν γάρ μήτε εκ των εις εκείνους συμβεδηκότων σωφρονιζόμεθα, μήτε από της μακροθυμίας του Θεού κερδαίνωμέν τι, έννόησον και όπως εκείνο το άσβεστον πυρ σφοδρότερον έαυτοίς υπανάπτωμεν, και τον σκόληκα πικρόν εργαζόμεθα. Άλλως δε, επειδή πολλοί διά την του Θεού χάριν εισί [431] και νυν ένάρετοι, δυσωπειν δυνάμενοι τον Δεσπότην, καθάπερ τότε ο πατριάρχης· ει και ήμεις εκ του τά καθ' έαυτους σκοπείν, και προς την βραθυμίαν άφορβήν την ήμετέραν, νομίζομεν πολλήν είναι την σπάνιν της άρετης· όμως διά την εκείνων άρετήν την περι τούτους μακροθυμίαν επιδείκνυται. Και ίνα μάθης ότι ή των τοιούτων παρρησία της μακροθυμίας ήμίν πρόξενος γίνεται, άκουσον έξ αυτής ταύτης της ίστορίας, τί φησι προς τον πατριάρχην, ότι Έάν δέκα δικαίους εύρω, ού μη απολέσω την πόλιν. Και τί λέγω δέκα δικαίους; Ουδεις εύρέθη εκεί της παρανομίας εκτός, ει μη μόνος Λώτ ο δίκαιος, και αι τουτου δύο θυγατέρες. Η γάρ γυνή δι' αυτόν ίσως την έν τη πόλει τιμωρίαν διαφυγοῦσα, ύστερον την δίκην έδωκε δι' οικείαν βραθυμίαν. Νυν δε διά την άφατον του Θεού φιλανθρωπίαν, επειδή επέδωκε τά της εύσεβείας, πολλοί και έν μέσαις ταίς πόλεσι λανθάνοντες εισί, δυνάμενοι δυσωπειν τον Θεόν, και έν βρεσι και σπηλαίοις έτεροι, και ή των όλίγων τούτων άρετή την των πολλών κακίαν αποκρύψαι δύναται· επειδή πολλή του Δεσπότου ή αγαθότης, και πολλάκις οίδε δι' όλίγους δικαίους των πολλών χαρίζεσθαι την σωτηρίαν. Και τί λέγω δι' όλίγους δικαίους; Πολλάκις, όταν μη εύρεθί έν τω παρόντι βίω δίκαιος, διά την των τετελευτηκότων άρετήν των ζώντων κήδεταί, και βοά λέγων· Υπερασπιώ της πόλεως ταύτης δι' έμέ, και διά Δαυίδ τον παιδά μου. Εί και αύτοι, φησίν, άνάξιοι εισί του σώζεσθαι, και ουδεμίαν άφορμήν έχουσι σωτηρίας, άλλ' επειδή το φιλανθρωπεύεσθαι σύνηθες έμοι, και περι το έλεείν ειμι έτοιμος, και έξαρπάζειν των δεινών, δι' έμαυτον ποιήσω και διά τον παιδά μου Δαυίδ υπερασπισμόν· και ο πρό τσοούτων έτών του βίου μεταστάς, ούτος αίτιος της σωτηρίας γίνεται τοίς ύπό της οικείας βραθυμίας προδεδομένοις. Είδες φιλανθρωπίαν Δεσπότου, πώς τιμά τους έν άρετη διαλάμποντας· πώς αύτους προτίθησι, και άνταξίους δείκνυσι παντός του πλήθους; Διά τουτο και Παῦλος έλεγε· Περιήλθον έν μηλωταίς, έν αιγείοις δέρμασιν, ύστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ών ούκ ήν άξιος ο κόσμος. Ούτος άπας, φησίν, ο κόσμος, ο κατά την οικουμένην άπασαν, ούκ άν ειη ίσοστάσιος τούτων των έν θλίψεσι, των έν κακουχίαις, των γυμνητευόντων, των περιούτων, των έν σπηλαίοις διαγόντων διά τον Θεόν.

<sup>a</sup> Aliquoti mss. παραλαβών.

<sup>b</sup> Sex mss. της αίτίας την επίτασιν.

<sup>c</sup> Savil. et quatuor mss. αλλά τουτο μάλλον πλείονα ήμίν την άγωνίαν έμποήσαι δυνήσεται.

possit? quando et illis privamur ob nimium in hæc auorem, et numquam his frui pure possumus. Quæ enim, quæso, utilitas magnarum facultatum? An nescitis accessionem multarum pecuniarum nihil aliud nobis afferre, quam curarum incrementa, occupationes mentis, et vigiliæ? Non videtis hos omnium potissimum, ut ita dicam, servos esse, quibus plura affluunt; et quotidie umbras ipsas timent? Inde enim nascuntur insidiæ, invidentia, odium grave, et innumera alia mala. Et sæpe vides eum qui habet decem millia talenta auri recondita, beatum vocare eum qui in officina operatur, et ex labore manuum cibum parat. Qualis igitur voluptas, aut quale luctum, quando neque his fruimur, et propter hanc concupiscentiam etiam majoribus privamur? Quid autem dico majoribus, quando cum malis quæ hic nos apprehendunt, et a bonis quæ ibi sunt excidimus, et ad gehennam ipsam mittimur? Et nondum dico innumera peccata quæ hinc colliguntur, dolos, calumnias, rapinas et fraudes. Verum etiamsi quis ab omnibus illis liber, id quod perquam difficile et rarum, opibus abundet, et ipse solus eis utatur, et eas cum iis qui opus habent non large communicet, eum gehennæ ignis excipiet. Quod nos manifeste docet parabola in Evangelio posita, cum statuit alios a dextris, alios a sinistris: illisque dixit præparatum esse regnum caelorum ob curam egenis impensam: *Venite enim, inquit, benedicti Patris mei, in hereditatem accipite præparatum vobis regnum ab origine mundi (Matth. 25. 34).* Cur et qua de causa? *Esurivi enim, et dedistis mihi comedere (Ibid. v. 35).* His vero ignem æternum: dicit enim: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus (Ibid. v. 41).* Magnum verbi pondus: omnium Dominus et Conditor dicit<sup>1</sup>: *Esurivi, et non dedistis mihi comedere (Ibid. v. 42).* Cujus animam non movebunt hæc verba, etiamsi lapidea sit? Dominus tuus esuriens obambulat, et tu es in deliciis: neque hoc solum, sed in deliciis ipsum despicias; tametsi non multum sit quod a te petit; nempe panem solum, quo famem possit sublevare. Et ipse quidem frigore rigescens obambulat, tu autem sericis indutus ne respicias quidem, nullam commiserationem præ te fers, sed immisericorditer præteris. Et qua venia sunt hæc digna? Ne igitur sit hoc studium nostrum, ut multas quibusvis artibus opes conquiramus: sed illud in scopo habeamus, quomodo et hæc bene disponamus, et egenis consulamus: et ne ab illis excidamus quæ semper manent, et quæ nullam admittunt vicissitudinem ac mutationem. Quocirca diem mortis nostræ incertum esse voluit Dominus, ut nos præpararet ad continuam sobrietatem et vigilantiam, et ita magis ad virtutis studium nos provocaret. Dicit enim: *Vigilate, quia nescitis neque diem, neque horam (Matth. 25. 13).* Atqui nos plane diversum operamur, et dormimus somno graviore quam sit naturalis ille. Nam qui naturali somno quiescit, nec bo-

<sup>1</sup> Coisl., omnium Conditor, omnium Largitor dicit.

num, nec malum operatur : nos autem alio somno dormimus, dormientes ad virtutis, vigilantes ad malitiae opera, strenui in malis, desides in bonis : idque facimus videntes quotidie multos hinc abduci, magnas autem aliorum esse in praesenti vita vicissitudines : et neque tanta rerum inaequalitas ad virtutis amorem nos adducere potest, neque disponit ut despiciamus praesentia, et desideremus futura, praefereamusque somniis et umbræ veritatem. Non enim differunt praesentia ab umbris et somniis. Proinde ne decipiamus nosmetipsos, neque sectemur umbras : sed vel sero tandem salutis nostrae curam habeamus, et opes indigentibus evacuemus, ut pro illis remunerationem a misericordiae Deo accipere mereamur : qua nobis omnibus frui concedatur, gratia et miserationibus Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA LI.

*Facta est autem fames super terram, praeter famem priorem, quae fuerat tempore Abraham (Gen. 26. 1).*

1. Iterum ex iis quae nuper diximus doctrinam vobis afferam : ut autem liquido sciatis ubi nuper sermonem missum fecerimus, et unde hodie resumendus sit, ea quae supra dicta sunt, vestrae caritati in memoriam referre operae pretium fuerit. Tametsi enim vos, quia multis curis distrahimini, eorum forte oblitus estis, sed meum est ut in memoriam vobis reducam ea, quo sermo hodie dicendus manifestior vobis sit. Scitis enim nos nuper Rebeckae pietatem enarrantes, inde ad Esaü et Jacob devenisse, ubi narratum est Esaü primogenita, ut cibo frueretur, Jacobo vendidisse, et propter cibi cupiditatem semetipsum suo honore privasse. Hoc autem non temere factum, sed ut prophetia compleretur, quae dicit : *Jacob dilexi, Esaü autem odio habui (Malach. 1. 2. 3)*. Nam cum Deus futurorum sit praescius, praedixit et illius virtutem, et hujus animi nequitiam. Quænam autem sunt illae primogeniturae ? Igitur, quia tunc tempus non permittebat caritati vestrae dicere, nunc necesse est ut doceam. Apud veteres summus honor erat primogeniturae : hinc autem honoris causam et originem habuit. Cum Deus Israelitarum gentem ab Ægyptio liberare, et secundum promissionem patriarchae factam a tyrannide Pharaonis eripere vellet, obliuctante et detinere volente tunc Ægyptio : post varias plagas etiam hanc postremam eis intulit ; fere cogens Ægyptios ut suis manibus extruderent Israelitarum genus (Exod. 12). Nam simul omnia Ægyptiorum primogenita occidi jussit (a) : vidissesque in singulis

domibus ejulatus et lacrymas ; neque sic putabant finire plagam, sed illinc etiam exspectabant ut mors qua ceperat pergens, ad omnes perveniret. Itaque quia in Ægypto una omnium primogenitorum mors fuit, Israelitæ autem divina freti gratia, illæsi permanserunt : per hoc etiam ostendens omnium Deus suam erga illos benevolentiam, imperavit in posterum ut propter interfectionem primogenitorum Ægypti, primogeniti Judæorum pueri sibi offerrentur. Hinc et tribus Levi in sacerdotium segregata est, et ex illo non solum primogenita hominum oblata sunt Deo, sed et brutorum, et in universum omnium. Et præceptum erat, pro hominibus et immundis animalibus pretium dependi. Quamvis autem legislatio hæc de primogenitis posterior fuerit : attamen jam supra et olim videbantur aliquod habere privilegium, qui vulvam matris primum adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam a natura habebat Esaü, propter intemperantiam suam transtulit in fratrem. Et ille quidem perdidit quod a natura habebat : hic autem et quod non habebat a natura, accepit. Et quia hæc antea oraculo promissa erant, ideo Rebecca, appellatione ei indita, Jacob eum vocavit : quod scilicet supplantationem interpretari potes, sicut et Esaü post patris benedictiones ejulans dicebat, *Juste vocatum est nomen ejus Jacob : supplantavit enim me jam secundo, et primogenita mea accepit, et nunc benedictionem meam (Gen. 27. 36)*.

*Nominum propriorum impositio.* — Vide quanta erat priscorum prudentia, vel potius, quanta fuerit Dei sapientia, qua effecerit ut et mulieres natis nomina non temere nec fortuito imponerent, sed nomina darent, quae filiis essent futurarum prædictio. Et raro invenies eodem quo patres nomine appellari filios, vel forte nusquam : sed sive mater sive pater nomen filio impositurus erat, rarum quoddam et novum imponebat, ut per illud aliqua futura præsignificaret. Ita et Lamech filium vocavit Noe, dicens : *Hic nos requiescere faciet (Gen. 5. 29)*. Ita si singula nomina scrutaris, omnino in omnibus invenies aliquid insinuari : non sicut nunc faciunt, qui temere et ut forte evenit, a parentibus agnominare solent : sed omnino illuc spectabant, ut perpetuam memoriam per appellationem illam filiis inderent. Cæterum videamus nunc post primogeniturae permutationem, quid iterum nobis narret beatus Moses de patre illorum, et quomodo sicut de patriarcha dictum est, ita et de hoc legimus, eum fame ingruente multam Dei curam sensisse, tum propter virtutem propriam, tum propter promissionem patriarchae factam. 1. *Facta est autem fames super terram, praeter famem priorem, quae fuerat tempore Abraham (Cap. 26)*. Ut ne putes de illa fame eum dicere, propterea subdidit : *Praeter famem quae erat tempore patriarchae, quasi diceret, alia similis nunc iterum fames venit super terram tempore Isaac, qualis erat tempore patris illius. Necessariorum penuria omnes in summam angustiam concludebat : atque ex suis migrare et ad illa loca transire cogebat, ubi rerum necessariorum copiam invenirent. Unde cum*

(a) Hic videtur pugnancia loqui Chrysostomus, cum juris primogeniturae *inheritance*, id est, causam et originem, refert ad interfectionem primogenitorum Ægypti, annis plus quam trecentis post ortum Esaü et Jacobi : de quorum primogenitura et de jure illam comitante quaestio est. Sed bene advertit ille postea id non posse quadrare, cum dicit, quamvis legislatio illa Hebræorum de primogenitis posterior fuerit, jus tamen aliquod primogeniturae antea fuisse. Et hac ratione quae non quadrare videbantur, utcumque corrigat.



λιμν, Ἐπορεύθη, φησὶ, πρὸς Ἀβιμέλεχ εἰς Γέραρα. Ἐνταῦθα γὰρ καὶ ὁ Ἀβραὰμ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐπάνοδον πάλιν ἀπῆλθεν. Εἰκὸς δὲ καὶ τοῦτον διὰ τοῦτο ἐκεῖ ἀπεληλυθέναι, ὡς ἐκεῖθεν ὀρμησάμενος βουλόμενον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον· καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν, ἀκουσον τῆς Γραφῆς λεγούσης· Ὁφθῆ γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ εἶπε· Μὴ καταθῆς εἰς Αἴγυπτον. Οὐ βούλομαι σε, φησὶ, τὴν μακρὰν ἐκείνην στείλασθαι ὁδόν, ἀλλ' ἐνταῦθα μένειν. Ἄλλ' οὐδὲ ἀφήμι σε πείραν τῆς στενοχωρίας λαβεῖν, ἀλλὰ τὴν ὑπόσχεσιν τὴν πρὸς τὸν πατέρα σου εἰς ἔργον ἄξω, καὶ τὰ ἐκείνῳ ἐπηγγελμένα εἰς σὲ ἐκθήσεται, καὶ σὺ τῶν πρὸς ἐκείνον ὑποσχέσεων τὸ πέρας δέξῃ. Μὴ καταθῆς εἰς Αἴγυπτον, κατοίκησον δὲ ἐν τῇ γῆ, ἣ ἐάν σοι εἰπω, καὶ κατοικήσει ἐν τῇ γῆ ταύτῃ.

β'. Ἴνα μὴ νομίσῃ ὁ δίκαιος ὅτι βουλόμενος αὐτὸν τῆς στενοχωρίας τῆς ἀπὸ τοῦ λιμοῦ πείραν λαβεῖν, τοῦτο ἐπιτάττει, καὶ οὐ συγχωρεῖ εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀπελθεῖν, φησὶ· Μὴ ἀγωνία, μηδὲ φρόντιζε, ἀλλ' ἐνταῦθα μένε· Ἐγὼ γὰρ ἔσομαι μετὰ σοῦ. Τὸν χορηγὸν ἀπάντων τῶν ἀγαθῶν ἔχων, μὴ φρόντιζε μηδενός. Ἐγὼ γὰρ ὁ πάντων Δεσπότης ἔσομαι μετὰ σοῦ· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ Καὶ εὐλογήσω σε, ἀντὶ τοῦ, Ἐπίδοξόν σε ποιήσω, καὶ τὴν παρ' ἐμοῦ σοι εὐλογίαν παρέξω. Τί ἂν εἴη τούτου μακαριώτερον τοῦ δικαίου τοῦ τοσαύτην ἐπαγγελίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ δεξαμένου, ὅτι Ἐσομαι μετὰ σοῦ, καὶ εὐλογήσω σε; Τοῦτό σε πάντων εὐπορώτερον ἀποδείξει, τοῦτό σε ἐν πολλῇ περιουσίᾳ εἶναι παρασκευάσει, τοῦτό σοι ἡ μεγίστη δόξα, τοῦτο ἡ ἀφατος περιφάνεια, τοῦτο ἡ ἀσφάλεια, τοῦτο τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, τὸ ἐμὲ εἶναι μετὰ σοῦ, καὶ εὐλογησαί σε. Πῶς δέ σε εὐλογήσω; Σοὶ καὶ τῷ σπέρματι σου δώσω τὴν γῆν ταύτην. Ὡς ξένος καὶ ἀλήτης νομίζεις ἐπιχωριάζειν τοῖς μέρεσι τούτοις· ἴσθι ὅτι σοὶ καὶ τῷ σπέρματι σου πᾶσα αὕτη δοθήσεται ἡ γῆ. Καὶ ἵνα θαρρῆν ἐχῆς, μάθανε, ὅτι Τὸν ὄρκον, ὃν ὤμοσα Ἀβραὰμ τῷ πατρί σου, τοῦτον ἐπὶ σοὶ στήσω. Ὅρα συγκατάβασιν Θεοῦ. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, Τὰς συνθήκας, ἃς ἐποιήσαμην πρὸς τὸν πατέρα τὸν σὸν, οὔτε τὰς ἐπαγγελίας, ἃς ὑπέσχεσάμην· ἀλλὰ τί; Τὸν ὄρκον ὃν ὤμοσα. Ὅρκον αὐτὸν ἐπιστυσάμην, φησὶ, καὶ ὀφείλω εἰς ἔργον ἀγαγεῖν καὶ πληρῶσαι τὸν ὄρκον τὸν ἐμόν.

Ὅρξ Θεοῦ φιλοφρονεῖν; Οὐ πρὸς τὴν οἰκίαν ἀξίαν ὁρῶν φθέγγεται· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀσθένειαν συγκιταθαίνων τὴν ἡμετέραν. [502] Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄνθρωποι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκεῖνα εἰς ἔργον ἀγειν σπουδάζουσιν, οὐχ ἅπερ ἂν ἀπλῶς ὑπόσχονται τισιν, ἀλλ' ὅσα ἂν μεθ' ὄρκου ἐπαγγέλλωνται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ τῶν ὁλων Θεὸς πληροφορῶν τὸν δίκαιον, ὅτι πάντως ἔσται τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα, φησὶν· ἴσθι ὅτι τὰ παρ' ἐμοῦ ὀμνυθέντα εἰς ἔργον ἀχθῆναι δεῖ. Τί οὖν, φησὶν; ὁ Θεὸς ὤμοσε; καὶ κατὰ τίνο; ὀμῶσαι ἰδύνατο; Ὅρξ ὅτι συγκαταβάσειος ἦν τὸ εἰρημένον· τὴν γὰρ βεβαίωσιν τῆς ὑποσχέσεως ὄρκον ἐκάλεσε. Καὶ στήσω, φησὶ, τὸν ὄρκον μου, ὃν ὤμοσα Ἀβραὰμ τῷ πατρί σου. Εἶτα διδάσκει αὐτὸν καὶ τίνα ἐστὶν ἃ ὑπέσχετο, καὶ περὶ τίνων αὐτῷ διεβεβαίωσατο. Καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ. Τοῦτο γὰρ καὶ τῷ πατριάρχῃ ἔλεγεν, ὅτι Τοσοῦτον ἔσται τὸ σπέρμα σου, ὡς καὶ τοῖς ἀστροῖς

<sup>a</sup> Sex mss. ἀκουσον τὴν ἀφατον τοῦ Θεοῦ φιλοφρονεῖν· ὡφθη. Savil. ἀκουσον τὴν ἀφατον τοῦ Θεοῦ εὐσπλαγχνίαν. Margel. ἀκουσον τῆς Γραφῆς λεγούσης, ὡφθη.

καὶ τῇ ἄμμῳ παρισωθῆναι. Καὶ δώσω, φησὶν, τῷ σπέρματι σου πᾶσαν τὴν γῆν ταύτην, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματι σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο δὲ τὰς ὑποσχέσεις τὰς εἰς ἐκείνον γεγεννημένας εἰς σὲ πληρῶσω, Ἀνθ' ὧν ὑπήκουσεν Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ σου τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου, καὶ τὰ νόμιά μου. Ὅρα Θεοῦ σοφίαν, ὅπως διεγείρει τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν, καὶ προθυμότερον ἐργάζεται, καὶ παρασκευάζει μιμητὴν τοῦτον τοῦ οὐκείου πατρὸς καταστῆναι. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος, ἐπειδὴ, φησὶν, ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, ταύτης ἡξιώθη τῆς ὑποσχέσεως, καὶ διὰ τὴν ἐκείνου ἀρετὴν εἰς σὲ τὸν ἐξ αὐτοῦ τεχθέντα ταῦτα πληροῦν μέλλω· εἰ καὶ σὺ αὐτὸς ἐκείνου ζηλωτῆς κατασταίης, καὶ τὴν ἐκείνου ὁδὸν ἐλθοῖς, ἐνόησον, ὅσῃς ἀπολαύσεις τῆς παρ' ἐμοῦ εὐνοίας, καὶ πόσης προνοίας ἀξιωθήσῃ. Ὁ γὰρ διὰ τὴν ἐτέρου ἀρετὴν μέλλων εὖ πάσχειν, εἰ καὶ αὐτὸς ἐνάρετος γένοιτο, πολλῶν πλείονος ἀξιωθήσεται κηδεμονίας. Τί δὲ ἐστὶν, Ἀνθ' ὧν ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰς ἐντολάς μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου; Εἶπον αὐτῷ· Ἐξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν ἣν ἂν σοὶ δείξω· καὶ κατέλειπε τὰ ἐν χερσὶ, καὶ τὰ ἄσπληρα ἐδίωκε. Καὶ οὐκ ἐνεδοίασεν, οὐδὲ ἡμέλλησεν, ἀλλὰ μετὰ πάσης προθυμίας τὸ ἐπίταγμα πληρῶν ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς. Πάλιν τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν αὐτῷ ἐπηγγειλάμην, καὶ μετὰ τὸ τὴν ἡλικίαν ἀπαγορευσαί, καὶ μηκέτι μήτε αὐτὸν, μήτε τὴν μητέρα τὴν σὴν πρὸς τεκνογονίαν ἔχειν τινὰ ἐπιτηδεύματα, ἀκούων παρ' ἐμοῦ ὅτι τὸ ἐξ αὐτοῦ σπέρμα εἰς τοσοῦτον ἐκταθήσεται, ὡς πᾶσαν πληρῶσαι τὴν γῆν, οὐδὲ τότε διεταράχθη τὸν λογισμὸν, ἀλλ' ἐπίστευσε· δι' ὃ καὶ δικαιοσύνη αὐτῷ ἐλογίσθη, ὅτι τῇ δυνάμει τῇ ἐμῇ πιστεύσας, καὶ ταῖς ὑποσχέσεσιν θαρρῶσας ταῖς ἐμαῖς, ἀνώτερος γέγονε τῆς ἀσθενείας τῆς ἀνθρωπίνης. Καὶ μετὰ τὸ σὲ τεχθῆναι, τῆς μητρὸς τῆς σῆς δυσχεραϊνώσῃς πρὸς τὸν Ἰσμαῆλ τὸν ἐκ τῆς παιδίσκης τεχθέντα, καὶ βουλομένης αὐτὸν ἀπελάσαι τῆς οἰκίας μετὰ τῆς Ἄγαρ, ὥστε μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς σὲ, τοῦ πατριάρχου διὰ τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν ἤδη σχέσιν τινὰ καὶ πρὸς ἐκείνον ἔχοντος, ἀκούσας παρ' ἐμοῦ, ὅτι Τὸ δοκοῦν ποιεῖ τῇ Σάρρα, ἐπελάθετο τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας, καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἰσμαῆλ μετὰ τῆς παιδίσκης, [503] καὶ πανταχοῦ ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου. Καὶ γὰρ τὸ τελευταῖον προσταχθεὶς ὑπ' ἐμοῦ εἰς θυσίαν ἀνεγκεῖν τὸν ἐν τῷ γῆρει αὐτῷ δοθέντα, τὸν οὕτω περιπόθητον, οὐ περιειργάσατο τὸ πρόσταγμα, οὐ διεταράχθη τὸν λογισμὸν, οὐδὲ ἀνεκοινώσατο τῇ μητρὶ τῇ σῇ, οὐ τοῖς παισὶν, οὐ σοὶ αὐτῷ τὸ μέλλον ὑπ' αὐτοῦ πραχθήσεσθαι κατάδηλον ἐποίησεν, ἀλλ' ἐβρώμενον τῷ λογισμῷ καὶ συντεταμένη τῇ προθυμίᾳ εἰς ἔργον ἀγειν τὸ ἐπίταγμα ἡπέριγετο τὸ ἐμόν· διὸ τὴν γνώμην αὐτοῦ στεφανώσας, τὸ ἔργον ἐκώλυσε γενέσθαι. Ἐπεὶ οὖν διὰ πάντων πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν ὑπακοὴν καὶ φυλακὴν τῶν ἐμῶν προσταγμάτων, διὰ τοῦτο σὲ, τὸν ἐξ ἐκείνου τεχθέντα, τῶν ὑποσχέσεων τῶν εἰς αὐτὸν γεγεννημένων ποιῶ κληρονόμον.

γ'. Μίμησαι τοίνυν ἐκείνου τὴν ὑπακοὴν, καὶ τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις πίστευε, ἵνα πολυπλασίονος τῆς ἀμοιβῆς ἀξιωθῆς, ὑπὲρ τε τῆς τοῦ πατρὸς ἀρετῆς, ὑπὲρ

justus ille famem videret, *Profectus est*, inquit, *ad Abimelech in Gerara*. Eo enim et Abraham post reditum suum ex Ægypto venerat. Verisimile autem et hunc propterea illuc abisse, quod inde in Ægyptum contendere vellet; et quod hoc ita sit, audi Scripturam dicentem <sup>1</sup>: *2. Visus est enim ei*, inquit, *Deus, et dixit: Ne descendas in Ægyptum*. Nolo te, inquit, longam illam viam proficisci, sed hic manere volo. Neque permitto ut angustiam experiaris, sed promissionem patri tuo factam implebo, et quæ illi promissa sunt, in te evenient: et tu promissiones, quæ illi factæ sunt, re ipsa accipies. *Ne descendas in Ægyptum: habita autem in terra quam tibi dixerò, 3. et peregrinus esto in terra hac*.

**2.** Deinde ut ne putet justus, Deum hoc imperare quasi volentem eum famis angustiam experiri, et non permittere ei transitum in Ægyptum, inquit: *Ne sis anxius, neque curam habe, sed hic mane: Ego enim ero tecum*. Igitur cum suppeditatorem bonorum omnium habeas, ne sis sollicitus: ego enim Dominus omnium ero tecum: neque hoc solum, sed *Et benedicam te*, hoc est, gloriosum te faciam, et benedictionem meam præbebo. Quid hoc justo heatius, qui talem promissionem a Deo accepit: *Ero tecum, et benedicam te?* Hoc te declarabit omnibus felicior, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc est summa gloria, hæc est vera securitas, hoc est culmen et caput bonorum, quia ego tecum sum. *Et benedicam te*. Quomodo autem te benedicam? *Tibi et semini tuo dabo terram hanc*. Tu videris in hac regione versari quasi hospes et vagus: scias autem quod tibi et semini tuo dabitur hæc omnis terra. Et ut bene confidas, disce me juramentum illud, quod juravi Abraham patri tuo, tecum statuere. Vide quomodo sermonem suum Deus iterum attemperat nostræ infirmitati. Non dixit simpliciter, *Pacta quæ feci cum patre tuo, neque promissiones quas promisi: sed quid? Juramentum quod juravi*. Jurejurando ipsum confirmavi juramentum, et teneor ut opere perficiam quod juravi.

*Non spectat suam dignitatem Deus, sed nostram infirmitatem.*—Vides Dei clementiam? Non ad propriam dignitatem respiciens loquitur, sed ad nostram sese attemperans infirmitatem. Nam quia homines fere semper illa opere perficere student, non quæ simpliciter promiserunt alicui, sed quæ cum juramento promiserunt: simili modo et Deus justo plenam fidem faciens, ea quæ a se dicta sunt omnino futura esse dicit: *Scias ea quæ a me juramento firmata sunt, opere implenda esse*. Quid igitur? inquires: *Deus juravit? et per quem jurare potuit?* Vides hoc sese ad nostram infirmitatem attemperantis esse: firmationem promissionis vocavit juramentum. *Et statuatam*, inquit, *juramentum meum, quod jurans juravi Abraham patri tuo*. Deinde docet eum quæ sunt illa quæ promisit, et de quibus ei juravit **4.** *Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli*. Hoc enim et pa-

<sup>1</sup> Sex Mss., *audi ineffabilem Dei humanitatem. Visus est, etc. Savil., audi ineffabilem Dei misericordiam* Morel. nos sequenti sumus.

triarchæ in principio dicebat: *Tantum erit semen tuum, ut et stellis et arenæ adæquetur. Et dabo, inquit, semini tuo terram istam, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ (Gen. 22. 17)*. Propterea promissiones quæ illi factæ sunt, in te implebo. **5.** *Eo quod audivit Abraham pater tuus vocem meam, et custodivit mandata mea (a), et justificationes meas, et legitima mea*. Vide Dei sapientiam, quomodo erigit mentem justis, et alacriorem reddit: et ut patris imitator fiat, efficit. Nam si ille, inquit, quia meæ obedivit voci, tanta pollicitatione dignus habitus est, et eam propter illius virtutem in te, qui ex eo natus es, sum impleturus: si et ipse illius imitator fueris, et eadem qua ille via incesseris, cogita quantum apud me benevolentiam habiturus sis, et quanta mea cura te dignaturus sim. Nam si cui ob alterius virtutem bene futurum est, si et ipse virtute præditus fuerit, multo majore dignus habebitur cura. Quid autem est: *Eo quod obedivit voci meæ, et custodivit mandata mea, et præcepta mea, et justificationes meas?* Dicebam ei: *Egredere de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi (Ibid. 12. 1)*: reliquitque illa quæ in manibus erant, et incerta persequutus est. Et non fluctuabat neque cunctabatur: sed cum omni alacritate mandatum implebat, et obediebat voci meæ. Iterum quæ super naturam sunt ei promisi, et cum jam ætas eum a spe dejiceret, ac neque ipse neque mater tua procreandæ proli idonei essent, cum audiret a me semen ejus in tantum fore propagandum, ut omnem terram esset impleturum; neque tunc animo turbatus fuit, sed credidit: ideo et in justitiam ei reputatum est (*Ibid. 15. 6*); quia virtuti meæ credendo, et in promissionibus meis spem habendo, humana infirmitate superior fuit. Et postquam tu natus es, cum mater tua succenseret Ismaeli ex ancilla nato, et vellet eum abigere a domo cum Agar, ita ut nihil commune illi tecum esset, licet in illum patriarcha paterna et genuina dilectione bene afficeretur: audiens tamen a me, sibi faciendum esse quod visum esset Sarræ, oblitus naturalis dilectionis, ejecit Ismaelem cum ancilla, et semper obedivit voci meæ, ac custodivit præcepta mea. Denique cum præcepissem ei, ut mihi in sacrificium offerret filium in senectute sibi concessum, et tam dilectum, nihil causatus est, neque curiosius de præcepto inquisivit, neque turbatus est mente, neque communicavit cum matre tua, neque cum pueris, neque tecum, quid facturus esset; sed forti mente et ingenti alacritate festinavit, ut mandatum meum impleret: proinde voluntatem ejus coronavi, opus autem ut perficeretur non admisi. Eapropter, quia in omnibus magnam obedientiam declaravit, et mandatorum meorum custodiam, te ex illo natum promissionum, quæ illi factæ sunt, heredem facio.

**3.** Imitare igitur illius obedientiam, et iis quæ a me dicta sunt crede, ut multo pluribus remunerari dignus habere, et pro patris tui virtute, et pro tua

(a) Bibl. addunt, *et præcepta mea (καὶ τὰς ἐντολάς μου)*, quod infra agnoscit S. Chrysostomus.

obedientia : et ne descendas in Ægyptum, sed hic mane. Vidisti Dei misericordiam, quomodo per mentionem virtutis patris hujus mentem roboravit? 6. *Habitavit autem Isaac in Geraris.* Vide quomodo ferme in eadem pericula incidit ille, in quæ et pater ejus. Nam cum domicilium haberet in Geraris, 7. *Rogaverunt, inquit, viri loci illius de Rebecca uxore ejus, et dixit, Soror mea est; timuit enim ne forte occiderent eum, victi pulchritudine uxoris: Ne forte occidant eum, inquit, viri loci propter Rebeccam, quia pulchra facie erat.* 8. *Fuit autem illic longo tempore. Abimelech autem cum prospiceret per fenestram, vidit Isaac ludentem cum Rebecca uxore sua, 9. et vocavit eum, et dixit ei: Profecto uxor tua est. Cur dixisti, Soror mea est? Postquam ex conjecturis deprehensus est justus, non ultra negat: sed fatetur, et causam manifeste affert, quare sororem vocandam censuerit. Dixit enim, inquit, Ne forte moriar propter ipsam: mortis timor me hoc agere coegit. Forte autem edoctus erat, patrem quoque talem fabulam commentum sic salutis sue consuluisse; cujus viam et ipse sequutus est. Sed rex adhuc memor eorum quæ tempore patriarchæ rapta Sarra passus fuerat, statim ob castigationem olim inmissam se reum constituens (a), dixit illi: 10. *Cur hoc fecisti? Parum absuit quin concubuerit quispiam de genere meo cum uxore tua, et induxisses super nos ignorantiam?* Hanc fraudem, inquit, et olim sustinimus a patre tuo, et nunc nisi in tempore prospexissemus, eadem laturo eramus, *Et induxisses super nos ignorantiam.* Etenim et tunc per ignorantiam peccaturi eramus, et nunc quoque propter ignorantiam ferme in causa fuisses, ut in peccatum incideremus. 11. *Præcepit autem Abimelech populo suo, dicens: Omnis qui tetigerit hominem hunc et uxorem ejus, mortis reus erit.* Vide Dei providentiam, vide ineffabilem curam. Nam qui dixerat ei: *Ne descendas in Ægyptum, et habita in terra ista, et ero tecum:* ille erat qui hæc omnia dispensabat, et justum in tanta constituabat securitate. Considera enim regem procurantem ut impavide ibi agat, liberque sit ab omni cura. Mortem, inquit, interminatus est omnibus quicumque tetigerint aut eum, aut uxorem ejus. Quia enim hic erat timor, mortis scilicet, qui concusserat ejus mentem, propterea et illum auferri curavit misericors Dominus, ut postea omnino secure ageret. Et vide rem miram et stupendam, quomodo solers cum sit et sapiens, omnia secundum suam voluntatem vertat, et in inviis viam inveniat, per illa ipsa quæ maxime adversa videntur, salutis servorum suorum consulens. Hinc enim est, quod rex ille tantam habeat curam justis, quasi prædicans eum omnibus civitatis suæ incolis, et declarans quam gloriosus sit, et summo*

honore dignus, quem et maximi faciebat. Sic et Nabuchodonosor postquam pueros illos tres in fornacem injecerat (Dan. 3. 93), et reipsa comprobaverat captivorum adolescentum virtutem, tunc prædicare eos cœpit, et ubique lingua sua fecit illustres. Hæc enim potissimum magna Dei virtus est, quando facit ut per inimicos celebrentur servi Dei. Et qui cum furore accendi jusserat fornacem illam, quoniam vidit per supernum auxilium puerorum virtutem ignis actionem vincere, repente mutatus clamavit dicens: *Servi Dei excelsi.* Vide, non solum illos excelsos prædicat, sed et Dominum universorum: *Servi enim, inquit, Dei excelsi, egredimini.* Quid factum est? nonne tu eos tormento tradidisti? nonne tu in tantum fornacem accendi præcepisti? Profecto, inquit, sed nunc video res admirabiles et novas. Elementum enim hoc suæ operationis oblitum, quasi vinculis quibusdam ligatum, tantam exhibuit obedientiam, ut neque contingeret illorum capillos. Unde videre possumus id factum supra humanam naturam esse, et ineffabilem quamdam ac divinam vim hæc operari, tantamque puerorum habere providentiam. Vidisti Dei misericordiam, quomodo numquam derelinquens servos suos, permittit in fornacem injici; sed eos volens clariore facere, et suam virtutem demonstrare, barbari demulsit animum et tantam tolerantiam ostendit? Neque enim tam admirabile erat, si a principio prohibuisset eos in caminum injici: sicuti nunc admirabilius et rarius factum est, cum in medio ignis existentes, nihil insuave pati permittit. Nam quando vult, etiam eos qui in mediis sunt periculis et pœnis, potentiores facit: et eos qui patiuntur, iis qui illos affligunt superiores reddit. Hoc et in apostolis factum est. Nam qui eos urgebant et adducebant in medium, et quasi dentibus adversus eos fremebant, inter se dicebant: *Quid faciemus viris istis (Act. 4. 16)?* in manibus illos habebant, et dubitabant secum, quid de eis facerent. Tanta, tamque valida res est virtus, tamque imbecillis malitia, ut illa quidem, licet patiat, vincat, hæc vero et si quid agat, nihil aliud proficiat, quam quod suam prodat infirmitatem.

*Moralis exhortatio.* — Id scientes, dilecti, magnam virtutis habeamus rationem, et vitia fugiamus: ita enim et supernam gratiam nobis conciliabimus, et futura consequemur bona: quæ nobis omnibus eveniant, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui sit, cum Patre et Spiritu sancto, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA LII.

*Seminavit autem Isaac in terra illa, et invenit centuplicans hordeum in anno illo (Gen. 26. 12).*

1. Reliquias heri dictorum operæ pretium est hodie reddere vestræ caritati, et repetita sermonis serie iterum videre quantam justus Isaac supernam providentiam sit assequutus. Nam qui ei prohibuerat descendens in Ægyptum, et dixerat: *Habita in terra hæc,*

(a) Cum videlicet propter raptam Sarram mereptus et castigatus fuisset Abimelech, ubi comperit Rebeccam, quam sororem suam dixerat Isaac, illius esse uxorem, veritus ut a quopiam ex subditis ea conjugii abriperetur, et jam olim inmissæ in simili casu pœnæ memor, se quasi reum existimans, verba quæ sequuntur tremoris plena protulit.



τε τῆς οἰκείας ὑπακοῆς, καὶ μὴ καταβῆς εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ἐνταῦθα μένε. Εἶδες Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅπως διὰ τῆς μνήμης τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς τούτου τὸν λογισμὸν ἐνεύρωσε; *Κατόκησε δὲ, φησὶν, Ἰσαὰκ ἐν Γεράροις.* Ὅρα τοῖς αὐτοῖς καὶ τοῦτον περιπίπτοντα σχεδὸν, οἷς ὁ πατὴρ περιέπεσεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν κατοίκησιν ἐποίησατο ἐν Γεράροις, *Ἐπηρώτησαν, φησὶν, οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου περὶ τῆς Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, Ἀδελφῆ μου ἐστίν·* ἐφοδῆθη γὰρ μήποτε ἀποκτείνωσιν αὐτὸν, ἠττώμενοι τοῦ κάλλους τῆς γυναικὸς. *Μήποτε γὰρ, φησὶν, ἀποκτείνωσιν αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου περὶ Ῥεβέκκας, ὅτι ὥραία τῇ ὄψει ἦν.* Ἐγένετο δὲ πολυζήριος ἐκεῖ. *Παρακύψας δὲ Ἀδὴμέλεχ εἶδε τὸν Ἰσαὰκ παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ·* Ἄρα γε γυνή σου ἐστίν; *Τί ὅτι εἶπες, Ἀδελφῆ μου ἐστίν;* Ἐπειδὴ ἐκ τῶν τεκμηρίων ἐφωράθη ὁ δίκαιος, οὐκέτι λοιπὸν ἀρνείται, ἀλλ' ὁμολογεῖ, καὶ τὴν αἰτίαν φανεράν καθίστησι, δι' ἣν ἀδελφὴν καλέσαι κατεδέξατο. *Εἶπε γὰρ, φησὶ, Μήποτε ἀποθάνω δι' αὐτήν;* ὁ τοῦ θανάτου φόβος εἰς τοῦτό με ἐλθεῖν κατηνάγκασεν. Ἰσως δὲ μεμαθηκῶς ἦν, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ τοῦτο τὸ δρᾶμα κατασκευάσας διέσωσεν ἑαυτὸν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ταύτην ἤλθε τὴν ὁδόν. Ἄλλ' ὁ βασιλεὺς ἑναυλον ἔχων τὴν μνήμην ὧν πέπονθεν ἐπὶ τοῦ πατριάρχου τὴν Σάρραν ἀφελόμενος, παραχρῆμα ὑπὸ τῆς ἀνωθεν ἐπιτιμήσεως ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσας, φησὶ πρὸς αὐτόν· *Τί τοῦτο ἐποίησας; Μικροῦ ἐκοιμήθη τις τοῦ γένους μου μετὰ τῆς γυναικὸς σου, καὶ ἐπήγαγες ἂν ἐφ' ἡμᾶς ἄγνοιαν.* Ταύτην, φησὶ, τὴν ἀπάτην καὶ ἤδη ὑπέστημεν ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ, καὶ νῦν εἰ μὴ ταχέως συνειδόμεν, τὰ αὐτὰ ἂν ἐμέλλομεν ὑπομένειν, *Καὶ ἐπήγαγες ἂν ἐφ' ἡμᾶς ἄγνοιαν.* Καὶ γὰρ καὶ τότε δι' ἄγνοιαν ἀμαρτάνειν ἐμέλλομεν, καὶ νῦν ὑπὸ τῆς ἀγνοίας μικροῦ δεῖν ἡμᾶς [504] ἀμαρτία περιπεσεῖν παρεσκευάσας. *Συνέτιξε δὲ, φησὶν, Ἀδὴμέλεχ τῷ Λαῶ αὐτοῦ λέγων·* Πᾶς ὁ ἀπτόμενος τοῦ ἀνθρώπου τούτου, ἢ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, θανάτου ἐνοχος ἐστίν· Ὅρα Θεοῦ πρόνοιαν, ὅρα κηδεμονίαν ἄφατον. Ὁ γὰρ εἰπὼν αὐτῷ· *Μὴ καταβῆς εἰς Αἴγυπτον, καὶ κατοίκει ἐν τῇ γῆ ταύτῃ, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ·* οὗτος ἦν ὁ ταῦτα πάντα οἰκονομῶν, καὶ τὸν δίκαιον ἐν τῷ αὐτῷ ἀσφαλείᾳ καθιστάς. Σκόπει γὰρ τὸν βασιλέα ἔργον τοῦτο ποιούμενον, ὥστε ἐν ἀδείᾳ διάγειν αὐτὸν, καὶ πάσης ἀπηλλάχθαι φροντίδος. Θάνατον γὰρ, φησὶν, ἠπειλήσεν ἅπασιν, εἴ τις ἄψαιτο αὐτοῦ, ἢ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ οὗτος ἦν ὁ φόβος, ὁ τοῦ θανάτου λέγω, κατασείων τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν, διὰ τοῦτο καὶ τοῦτον ἐκβληθῆναι πεποίηκεν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, καὶ ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ αὐτὸν λοιπὸν διάγειν. Καὶ ὅρα τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, πῶς εὐμήχανος ὢν καὶ σοφὸς καὶ πάντα κατὰ τὸ βούλημα τὸ οἰκεῖον μετασκευάζων, καὶ ἐν ἀπόροις πόρον εὐρίσκων, διὰ τῶν ἐναντίων αὐτῶν καὶ πολεμίων εἶναι νομίζεσθαι, διὰ τούτων τὴν ἀσφάλειαν τοῖς ἰδίους θεράπουσι γενέσθαι προξενεῖ. Πόθεν γὰρ, εἰπέ μοι, ὁ βασιλεὺς οὗτος τῷ δικαίῳ ποιεῖται τὴν πρόνοιαν, μονονουχὶ ἀνακηρύττων αὐτὸν ἅπασιν τοῖς τὴν πόλιν οἰκοῦσι, καὶ περιφανῆ δεικνύς καὶ περιουπόδαστον αὐτῷ; Οὕτω καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ μετὰ τὸ βαλεῖν εἰς τὴν κάμινον τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων μαθεῖν τῶν νέων τῶν αἰχμαλώτων τὴν ἀρετὴν, τότε ἀνακηρύττειν αὐτοὺς ἤρξατο, καὶ πανταχοῦ διὰ τῆς οἰκείας γλώττης περιφανεῖς

καθιστᾶν. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ μάλιστα τῆς περιουσίας τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ὅταν διὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνακηρύττεσθαι τοὺς αὐτοῦ δούλους παρασκευάζῃ. Καὶ ὁ μετὰ θυμοῦ τὴν κάμινον ἐκείνην ἐξαφθῆναι ποιήσας, ἐπειδὴ εἶδεν, ὅτι διὰ τὴν ἀνωθεν συμμαχίαν, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας περιεγένετο ἡ τῶν παίδων ἀρετὴ, ἀθρόον μεταβαλλόμενος ἐκραύγασε λέγων· *Οἱ δούλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου.* Ὅρα μὴ μόνον αὐτοὺς ἀνακηρύττοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν Δεσπότην τῶν ὄλων· *Οἱ δούλοι γὰρ τοῦ Θεοῦ, φησὶ, τοῦ ὑψίστου, ἐξέλθετε.* Τί γέγονεν; οὐ σὺ τῇ τιμωρίᾳ παρέδωκας; οὐ σὺ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκκαυθῆναι τὴν κάμινον προσέταξας; Ναί, φησὶν· ἀλλὰ νῦν ὀρῶ ξένα καὶ παράδοξα πράγματα. Τὸ γὰρ στοιχεῖον τοῦτο τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐπιλαθόμενον, ὡσπερ δεσμοῖς τισὶ πεδηθὲν, τῷ αὐτῷ ἐπεδείξατο τὴν ὑπακοήν, ὡς μηδὲ τῶν τριχῶν ἐφάξασθαι αὐτῶν. Ὅθεν ἐστὶ συνιδεῖν, ὅτι ὑπὲρ ἀνθρωπίνην φύσιν ἐστὶ τὸ γεγονός, καὶ ἀπόρρητός τις καὶ θεῖα δύναμις ἐστὶν ἡ ταῦτα ἐργαζομένη, καὶ τῶν παίδων τούτων τῷ αὐτῷ ποιουμένη τὴν πρόνοιαν. Εἶδες Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅπως οὐκ ἐγκαταλιμπάνων τοὺς ἰδίους θεράποντας συνεχώρησεν εἰς τὴν κάμινον εἰσενεχθῆναι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς βουλόμενος λαμπροτέρους ἐργάσασθαι, καὶ τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐνδεικνύμενος, καὶ τοῦ βαρβάρου κατεμάλαξε τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν τῷ αὐτῷ μακροθυμίαν ἐπεδείξατο; Οὐδὲ γὰρ οὕτω θαυμαστὸν ἦν, εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐκώλυσε αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον ἐμβληθῆναι, ὡς νῦν θαυμαστότερον γεγονός, καὶ πολὺ τὸ παράδοξον, ὅτι καὶ ἐν μέσῳ τῷ πυρὶ τυγχάνοντας οὐδὲν ἀηδὲς παθεῖν συνεχώρησεν. Ὅταν γὰρ αὐτὸς βούληται, καὶ τοὺς ἐν μέσοις δεινοῖς [505] γεγεννημένους ἀνωτέρους καθίστησι, καὶ τοὺς πάσχοντας τῶν ποιούντων δυνατωτέρους ἀπεργάζεται. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἐγένετο. Οἱ ἔχοντες γὰρ αὐτοὺς ἀπειλημένους ἐν τῷ μέσῳ, καὶ μονονουχὶ τοὺς ὀδόντας θήγοντες κατ' αὐτῶν, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· *Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχοντες, ἐν ἀπορίᾳ καθειστήκεισαν.* Τοσοῦτόν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἰσχυρὸν, καὶ οὕτως ἡ κακία ἀσθενὲς, ὡς ἐκείνην μὲν καὶ ἐν τῷ πάσχειν περιγίνεσθαι, ταύτην δὲ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἐπιδεικνυσθαι.

Ὅπερ εἰδότες, ἀγαπητοὶ, πολὺν τῆς ἀρετῆς ποιῶμεθα λόγον, καὶ φεύγωμεν τὴν κακίαν. Οὕτω γὰρ καὶ τὴν ἀνωθεν ἐπισπασόμεθα ῥοπήν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντα ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### OMIAIA NB'.

*Ἐσπειρε δὲ Ἰσαὰκ ἐν τῇ γῆ ἐκείνῃ, καὶ εὗρεν ἑκατοστρεύουσιν κριθῆν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ.*

α'. Τὰ λείψανα τῶν χθρῶν εἰρημένων ἀναγκαῖον ἀποδοῦναι σήμερον τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ τοῦ λόγου τὴν ἀκολουθίαν ἀναλαβόντας ἰδεῖν πάλιν τὸν δίκαιον Ἰσαὰκ, ὅστις ἀπολαύει τῆς ἀνωθεν κηδεμονίας. Ὁ γὰρ τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον αὐτοῦ διακωλύσας, καὶ εἰπὼν, *Παροίκει ἐν τῇ γῆ ταύτῃ, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ,* οὕτως αὐτὸν διὰ πάντων περιφανῆ καθίστησιν, ὡς μετ' οὐ πολὺ ἐπίφθονον αὐτὸν γενέσθαι παρὰ τῷ βασιλεῖ Γεράρων. Ὅρωντες γὰρ αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐξανομένην τὴν εὐπορίαν, ἐδεδοίκεισαν λοιπὸν τοῦ ἀνδρὸς τὴν αὐτόθι κατοίκησιν, καὶ μεταναστήναι ἐκεῖθεν καταναγκάζουσιν. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῶν

ἀκούσαι τῶν ῥημάτων τῆς θείας Γραφῆς, ἵνα διὰ πάντων θεασώμεθα τοῦ Θεοῦ τὴν εὐνοίαν, ἣν περὶ τοῦ αὐτοῦ οἰκέτας ἐπιδείκνυται. Ἐσπειρε δὲ, φησὶν, Ἰσαάκ ἐν τῇ γῆ ἐκείνῃ, καὶ εὗρεν ἑκατοστέουσιν κριθὴν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ. Σκόπει μοι τοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν· ἵνα δείξῃ τῷ δικαίῳ ὅτι δημιουργὸς ὢν τῆς φύσεως, καὶ ἐξ ἀπόρων πόρον παρασχεῖν δύναται, καὶ ὅτι καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς τὴν γῆν τῷ οἰκείῳ προστάγματι διέγειρε πρὸς τὴν τῶν καρπῶν βλάστην, παρασκευάσας<sup>α</sup> τὸν δίκαιον ἑκατονταπλασίονα τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ σπαρέντων ἐπὶ τῆς γῆς<sup>β</sup> κομίσασθαι τὰ δράγματα, ὁμοῦ καὶ αὐτὸν ἐν πλείονι καθιστὰς εὐπορίᾳ, τῷ μηδενὸς ἐν χρεῖᾳ γενέσθαι, κάκεινους διὰ τῶν ἔργων διδάσκων, ὅσης ὁ δίκαιος ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. Εὐμήχανος γάρ ὢν καὶ σοφός, διὰ τῶν αὐτῶν πολλάκις πραγμάτων καὶ τοὺς οἰκείους εὐεργετῆι, καὶ τοὺς ἔτι πεπλανημένους διδάσκεισθαι παρασκευάζει τῆς οἰκείας προνοίας τὴν δύναμιν. [506] Τοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ τὴν Αἴγυπτον εἰργάσαστο, ἐκείνοις μὲν τὰς τιμωρίας ἐπαγαγῶν, τὸν δὲ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπαθῆ διαφυλάττων. Ἐμάνθανον γάρ οὐ μόνον διὰ τῆς κατ' αὐτῶν ἀγανακτήσεως τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ καὶ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς προνοίας τῆς εἰς ἐκείνους. Καὶ οὗτοι πάλιν οὐκ ἐκ τῆς εἰς αὐτοὺς προνοίας καὶ κηδεμονίας μόνον ἐδιδάσκοντο τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν περὶ αὐτοὺς φιλανθρωπίαν, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἐκείνους ἐώρων καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰς πληγὰς δεχομένους. Καὶ διὰ τῶν αὐτῶν πραγμάτων καὶ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἐναντίοις ἐδείκνυ τῆς οἰκείας δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν. Καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τὴν παρ' ἑαυτῶν διακονίαν καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδείκνυται τοῖς ὁμοδοῦλοις, ὅταν ὁ Δεσπότης εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτοὺς διακέτται<sup>γ</sup>. Καὶ τοῦτο ἂν τις θεάσοιτο γεγονὸς ἐπὶ τοῦ δικαίου τούτου. Ὅπερ ἄλλοτε ἢ φύσις τῆς γῆς οὐκ ἐπεδείξατο, τοῦτο διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ νῦν ἐπιδείκνυται, καὶ τοσαύτην ἔνεγκε τὴν φορὰν, ὡς ἀθρόον ἐν περιουσίᾳ πολλῇ καταστῆναι τὸν Ἰσαάκ. *Εὐλόγησε γὰρ αὐτὸν ὁ Θεός, καὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ προβαίνων μείζων ἐγένετο, ἕως οὗ μέγας ἐγένετο σφόδρα.* Ἐπειδὴ γὰρ τότε ἐν τούτοις ἦν τὰ τῆς εὐπορίας τοῖς δικαίοις, ἐν τῇ τῆς γῆς εὐπορίᾳ καὶ ἐν τῷ τῶν θρεμμάτων πληθει, διὰ τοῦτο φησὶν, *Εὐλόγησεν αὐτὸν ὁ Θεός, καὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος*, ἀντὶ τοῦ, *Εὐπορος ἐγένετο*· καὶ οὐχ ἀπλῶς εὐπορος, ἀλλὰ καὶ, *Μείζων*, φησὶν, *ἐγένετο, ἕως οὗ μέγας ἐγένετο σφόδρα.* Ἐνόησον γὰρ ὅσον ἦν, ἑκατονταπλασίονα τῶν παρ' αὐτοῦ καταβαλλομένων ὑποδέχεσθαι. Εἰ δὲ τοῦτο σοι μέγα φαίνεται, σκόπει τὴν ἐπίτασιν τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ἣν τοῦ χρόνου προϊόντος περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξατο. Τοῖς γὰρ μετὰ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν τὴν ἀρετὴν μετιούσιν οὐ μόνον ἑκατονταπλασίονα ἐνταῦθα παρέχειν ὑπισχνεῖται, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰς ἀπόλαυσιν. Εἶδες φιλοτιμίαν Δεσπότητος; εἶδες ἐπίτασιν εὐεργεσίας; εἶδες πόσον ἡμῖν κεχάρισται ἢ τοῦ Μονογενοῦς παρουσία; ὅπως ἀφάτων τῶν πραγμάτων τὴν ἐναλλαγὴν εἰργάσαστο; Ταῦτα τοίνυν ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν λογιζόμενος, καὶ ὁρῶν τὴν διαφορὰν, καὶ τίνα μὲν ἦν, ἃ τοῖς πρὸ τῆς χάριτος παρέχειν ὑπισχνεῖται, τίνα δὲ μετὰ τὴν χάριν, δοξαζέτω κἂν τούτῳ τὴν ἀπειρον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ μὴ τῇ τῶν καιρῶν ἐναλλαγῇ τὸ πᾶν ἐπιγραφέτω. Ἄλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπανελθεῖν δίκαιον, καὶ ἰδεῖν ὅπως οἱ ἐν Γεράροις ὁρῶντες τοῦ δικαίου τὴν

πολλὴν εὐπορίαν, εἰς ζῆλον διηγέρθησαν, καὶ ἀπελαύνειν αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐπεχείρουν. *Ἐζήλωσαν γάρ, φησὶν, αὐτὸν οἱ Φυλιστιεῖμ.* Εἶτα δεῖξαι βουλομένη ἡ θεία Γραφή, ἐν τίνι τὸν ζῆλον ἐπεδείκνυντο, ἐπήγαγε· *Καὶ πάντα ἃ ὤρυσαν φρέατα οἱ παῖδες ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐνέφραξαν αὐτὰ, καὶ ἐνέπλησαν γῆς.* Σκόπει πόση τῶν αὐτόθι ἢ κακία, ὡς καὶ τῶν ὑδάτων φθονῆσαι τῷ δικαίῳ, καὶ οὐδὲ ὁ βασιλεὺς ὁ ἐν τοσαύτῃ περιουσίᾳ καθεστὼς κατασχεῖν τὸν φθόνον<sup>δ</sup> ἴσχυσεν, ἀλλὰ φησὶν· *Ἀπελθε ἀφ' ἡμῶν, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένετο σφόδρα.* Πολλὴ ἡ ἀγνωμοσύνη. Τίνος γὰρ ἕνεκεν [507] ἀπελαύνεις τὸν δίκαιον; μὴ γὰρ ἐλυμήνατό τι τοῖς σοῖς; μὴ γὰρ ἔδικησέ τι; Ἄλλὰ τοιοῦτον ὁ φθόνος· οὐδὲν μετὰ λογισμοῦ διαπράττεται. Δέον γὰρ αὐτὸν θεασάμενον τοσαύτης εὐνοίας ἀπολαύοντα τὸν δίκαιον παρὰ τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ, μᾶλλον περιέπειν, μᾶλλον θεραπεύειν, ἵνα διὰ τῆς εἰς ἐκείνον τιμῆς ἐπισπάσῃται καὶ αὐτὸς τὴν ἄνωθεν ῥοπήν· ὁ δὲ οὐ μόνον τοῦτο οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ ἀπελαύνειν ἐπιχειρεῖ, καὶ φησὶ· *Ἀπελθε ἀφ' ἡμῶν, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένετο σφόδρα.* Τοιοῦτον γὰρ ἡ βασκανία· οὐκ ἀνέχεται πρῶως τὴν ἐτέρων εὐπραγίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ πλησίον εὐημερίαν οἰκείαν δυσπραγίαν εἶναι νομίζει, καὶ τήκεται τοῖς τοῦ πλησίον ἀγαθοῖς· ὁ δὲ καὶ ἐνταῦθα γέγονεν. Ὁ γὰρ βασιλεὺς, ὁ τῆς πόλεως ἀπάσης τὴν ἐξουσίαν ἔχων, καὶ πάντας ὑπὸ τὴν ἀπειλήν τὴν ἑαυτοῦ ἔχων, τῷ ξένῳ, τῷ ἀλήτῃ, καὶ ἐντεῦθεν ἐκεῖ, κάκειθεν ὧδε μετανισταμένῳ φησὶν· *Ἀπελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένετο σφόδρα.* Καὶ ἀληθῶς δυνατώτερος ἦν, τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν ἔχων ἐν ἅπασι, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς φρουρούμενος. Ποῦ τοίνυν ἀπελαύνεις τὸν δίκαιον; οὐκ οἶσθα ὅτι, ὅπου ἂν αὐτὸν ἀπελθεῖν συμβαίῃ, ἐν τοῖς τοῦ Δεσπότητος τοῦ ἑαυτοῦ εἶναι αὐτὸν ἀνάγκη; οὐκ ἐπαίδευσέ σε τῶν πραγμάτων ἢ πείρα, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ χεὶρ ἐστὶν ἡ περιφανῆ τὸν δίκαιον καθιστώσα; Τίνος οὖν ἕνεκεν δι' ὧν τὸν δίκαιον ἀπελαύνεις, τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ Δεσπότην ἀγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσαι, καὶ οὐδὲ ἢ πολλὴ τοῦ ἀνδρός ἐπιείκεια περιγενέσθαι ἡδυνήθη τῆς βασκανίας τῆς σῆς, ἀλλ' ἠττηθεὶς ὑπὸ τοῦ πάθους εἰς ἔργον ἀγαγεῖν σπεύδεις τὸν φθόνον, καὶ πάλιν μετανάστην γενέσθαι παρασκευάζεις τὸν οὐδὲν σε ἔδικηκότα; Οὐκ οἶδας ὅτι κἂν εἰς αὐτὴν τὴν ἔρημον ἀπελθεῖν καταναγκάσης, οὕτως εὐμήχανον ἔχει Δεσπότην, ὡς κάκεῖ γενόμενον, πολλῷ πλέον περιφανεστέρον αὐτὸν ἀποδείξαι; Οὐδὲν γὰρ ἰσχυρότερον τοῦ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντος, ὡσπερ οὐδὲν ἀσθενέστερον τοῦ τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας ἡρημωμένου.

β'. Εἶδες, ἀγαπητὲ, καὶ τοῦ βασιλέως Γεράρων καὶ πάντων τῶν αὐτόθι οἰκούντων τῆς γνώμης τὴν μοχθηρίαν; Ὅρα καὶ τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν, πῶς οὐκ ἐφρόνησε μέγα, οὐδὲ ὀρῶν διὰ τῶν πραγμάτων πολλὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ῥοπήν περὶ αὐτὸν γινομένην, κατεξανέστη τοῦ βασιλέως, τῇ τοῦ συμμαχοῦντος αὐτῷ δυνάμει πεποισθῶς· ἀλλὰ καθάπερ τις ἀνὴρ, καὶ ἀπροστάτευτος, καὶ οὐδαμόθεν οὐδεμιᾶς ἀπολαύων βοηθείας, οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιείκειας, οὐδὲ μέχρι λόγων ἀντιτείνας τῷ βασιλεῖ, ἐποίησε τὸ παρ' αὐτοῦ κλευσόμενον, καὶ εὐθέως ἐκεῖθεν ἀπανίστατο, καὶ πόρρωτέρω γενόμενος, κατέστειλε τοῦ πάθους τὴν φλόγα, ὁμοῦ καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἐπιείκειαν ἐνδεικνύμενος, κάκεινου τὸ πάθος παραμυθούμενος. *Καὶ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ κατέφυκε*

<sup>α</sup> Sav. conj. παρεσκευάσε.

<sup>β</sup> Quinque mss. κατὰ τῆς γῆς

<sup>γ</sup> Alii δικάσεται

<sup>δ</sup> Quatuor mss. τὸν φόρον

et ero tecum : ille in omnibus tam clarum eum fecit , ut non multo post invidiam moveret regis Gerarorum. Videntes enim ejus substantiam quotidie augeri, metu affecti sunt quod ibi secum habitaret, et transmigrare inde coegerunt. Dignum autem est, ut ipsa Scripturæ verba audiamus, ut per omnia videamus Dei benevolentiam, quam erga famulos suos declarat. 12. *Seminavit autem, inquit, Isaac in terra illa, et invenit centuplicans hordeum in anno illo.* Vide mihi, obsecro, Dei sapientiam, ut ostendat justo se naturæ conditorem esse, et in rebus difficilibus facilia omnia facere posse : ac qui ab initio terram suo mandato fecerit idoneam ad proferendos fructus, idem nunc efficiat ut centuplices reddat pro satis manipulos : simul illum in tanta affluentia constituens, ut nullius indigeat : atque alios per opera docens, quanta superna gratia justus fruatur. Omnipotens enim et sapiens Deus per res easdem frequenter benefacit suis ; et curat etiam ut ii quoque qui adhuc in errore versantur, suam virtutem et potentiam addiscant. Hoc postea et in Ægypto fecit : illis enim pœnas irrogabat, Israelitas vero illæsos conservabat. Discebant enim non solum per indignationem Dei, qua ipsi puniebantur, omnium Opificis virtutem, sed etiam per sollicitudinem quam in illos exhibebat. Et iterum non ex sola providentia et sollicitudine, quam experiebantur, discebant ingentem Dei bonitatem : sed etiam per eos quibus quotidie videbant tot plagas irrogari. Per eadem enim opera et suis, et adversariis indicabat suæ potentiae magnitudinem. Nam elementa ipsa suum ministerium et obsequium conservis demonstrant, quando benevole Dominus erga illos afficitur. Et hoc utique viderit quis huic justo contingere. Id enim quod alioqui natura terræ non habuit, hoc propter mandatum universorum Dei nunc profert tanta ubertate, ut repente valde opibus abundans effectus sit Isaac. *Benedixit enim, inquit, eum Deus, 13. et exaltatus est homo, et procedens major fiebat, donec magnus factus est valde.* Nam quia tunc abundantia justorum erat in fertilitate terræ, et in multitudine pecorum : propterea dicit, *Benedixit eum Deus, et exaltatus est homo, id est, abundavit : et non simpliciter abundavit, sed et Major, inquit, fiebat donec magnus factus est valde.* Considera enim quantum sit, pro iis quæ seminabat centuplum accipere. Quod si hoc tibi magnum videtur, considera immensam Dei clementiam, quam processu temporis erga nos declaravit. Iis enim qui post ejus adventum virtutem exereant, non solum centuplum hic promittit, sed et vitam æternam, et regni cælorum possessionem. Vidisti liberalitatem Domini? vidisti beneficentiæ augmentum? vidisti quantum nobis largitus est unigeniti Filii Dei adventus? quomodo ineffabilem rerum commutationem operatus est? Hæc igitur unusquisque apud se expendens, et videns differentiam inter ea quæ illis ante gratiæ tempus promitti solebant, et ea quæ nunc post gratiæ tempus, glorificet etiam in hoc immensam ejus misericordiam, et ne temporum mutationi totum adscribat. At par est ut ad seriem sermonis redeamus, ut

videamus quomodo Gerareni videntes affluere justo opes, in æmulationem provocati abigere eum indonati sunt. 14. *Æmulati sunt enim eum, inquit, Philistiim.* Deinde monstrare volens Scripturam divinam, in quo æmulationem declararunt, subdidit : 15. *Et omnes puteos, quos effoderunt servi tempore patris ejus, obturaverunt, et impleverunt terra.*

*Invidia Gerarenorum quanta.* — Considera quanta illorum incolarum malitia, qui et aquas justo invident : neque rex, qui in tanta potestate erat, invidiam<sup>1</sup> continere potuit ; sed dicit : 16. *Abi a nobis, quia potentior nobis factus es valde.* Magna malevolentia. Cujus gratia abigis justum? num aliqua in re tibi nocuit? num injuriam intulit? Sed ita se habet invidia ; nihil cum ratione operatur. Cum enim oportuisset eum, quem videbat tanta omnium Dei benevolentia fruente, magis fovere et colere, ut honore in illum collato, etiam ipse divinum sibi favorem conciliaret : ille non solum hoc non facit, sed expellere tentat ac dicit : 16. *Abi a nobis, quia multo potentior factus es, quam nos sumus.* Ita agere solet invidentia ; non potest benigne videre aliorum felicitatem, sed felicitatem proximi suam putat infelicitatem, et tabescit bonis proximi : id quod et hic accidit. Rex enim, sub cujus potestate tota civitas erat, et habens omnes sub manu sua, peregrino, vago, huc et illuc migranti dicit : *Abi a nobis, quia potentior factus es, quam nos sumus.* Et vere potentior erat, supernum præsidium habens in omnibus, dexteraque Dei munitus. Quo igitur abigis justum? ignoras quod quicumque eum ire coegeris, semper erit in iis quæ Domini sui sunt? non docuit te rerum experientia, Dei manum esse, quæ illustrem facit et conservat justum? Quare igitur abigendo justum, erga Dominum ejus te ingratum declaras? et neque magna viri mansuetudo tuam domare potuit invidiam, sed victus a morbo, invidiam opere complex, et iterum migrare eum cogis, qui in nullo te læsit? Nescis quod licet in ipsissimam solitudinem eum fugaris, habet tamen ita solertem Dominum, ut se vel illic versantem multo clariorem reddere possit? Nihil enim robustius eo qui fruitur superno præsidio : sicut nihil infirmius eo qui tali auxilio destituitur.

2. *Nihil robustius eo quem Deus juvat.* — Vidisti, dilecte, et regis Gerarorum, et omnium qui ibi habitabant mentis malitiam? Vide et justis magnam mansuetudinem, quomodo non superbivit, neque videns re ipsa divinam sibi gratiam assistere, contra regem, fretus commilitantis virtute, insurrexit : sed quasi vir omni patrocinio carens, et nullum auxilium alicunde expectans, multa cum mansuetudine, ne verbis quidem resistens, faciebat quod sibi a rege præcipiebatur, et statim illine discessit : et ulterius progressus, repressit ægritudinis flammam, simul et eximiam suam mansuetudinem declarans, et illius perturbatum animum mitigans. 17. *Et abiit inde, et habitavit in valle Gerarorum.* Et id quod discipulis suis omnibus Christus adveniens præcipit, dicens : *Quando persequentur vos, fugite in alium locum (Matth. 10. 23) :*

<sup>1</sup> Quatuor Mss., *inreparationem.*

hoc ille jam operibus exhibebat. Et sicut David Saülis magnam invidiam reprimebat, secedens et subducens se, et illius refrigerabat ardorem (1. Reg. 19) : eodem sane modo et justus ille apostolicum illud implebat : *Date locum iræ* (Rom. 12. 19) : et relicta civitate, exiit in vallem. Cæterum vide quantam illic iterum mansuetudinem præ se tulit. Neque enim hic finis fuit molestiarum : nam cum etiam illic esset, et fontes effodere vellet, rixas moverunt. 18. *Fodit enim, inquit, puteos, quos ante pueri patris ejus fecerant, et obturaverunt Phylistiim, et imposuit eis nomina, quæ pater suus imposuerat.* 19. *Et foderunt, inquit, pueri Isaac, et invenerunt puteum aquæ viventis : hoc est, subtus scaturientis.* 20. *Et litigaverunt pastores Gerarorum, dicentes suas esse aquas.*

*Mansuetudo vera quæ. Patientia Isaaci.* — Hic quoque nihil contendit justus, neque obluatur, sed etiam pastoribus cedit. Hæc enim vere mansuetudo est, non quando quis offensus a potentioribus mansuete fert : sed quando quis ab iis etiam qui inferiores putantur offensus cedit : tunc enim ejus qui invaditur mansuetudini totum adscribitur : nam alias diceret quis, eum mansuetudinem simulasse, quia non posset potentioris offendentis resistere. Sed ut discas eum regi cedere, non propter potentiam ejus, sed suo more agentem : vide quomodo idem apud pastores faciat. Et sicut ille dicebat, *Recede a nobis* : et statim, quasi accepto mandato, abscessit : ita et nunc, pastoribus lædere cupientibus, et puteum sibi vindicantibus, recedit. Atque ut perpetuo hanc injustitiam scirent posteri, nomen imponit puteo ex eo quod acciderat. Enimvero quia manifestam admiserant injustitiam, *Vocavit nomen putei, Loci injustitia.* Et erat postea, quasi in columna ærea, posteris nomen loci doctrina et mansuetudinis justis, et iniquitatis illorum. Nomen enim loci faciebat, ut quisquis rogaret quarenam sic vocaretur, disceret et hujus virtutem, et ingentem illorum malitiam. Animadvertite, quæso, quomodo etiam hic suam augeat virtutem, per omnia mansuetudinem suam exhibens, et illi ingenti nequitia, etiam inviti justum illustriorem reddere satagant. Neque enim contenti iis quæ fecerant, postquam alium effoderunt puteum, iterum instant, rixamque movent. 21. *Profectus enim, inquit, illinc, fodit puteum alium : litigabant autem etiam de illo, et nominavit eum, Inimicitias.* Hic iterum animadvertite justis prudentiam. Non omnino puteum, ut videtur, abstulerunt, sed contendebant : et visa manifesta injustitia, discesserunt. Propterea Inimicitias eum appellavit, quod inimicitiarum fuisset occasio. Cæterum quotidie propemodum talia ferens ab iis qui regionem incolabant, non gravatim tulit, non abjecto fuit animo, non cogitavit secum, neque dixit : *Ecce ne puteorum quidem ut sim dominus, mihi datur : an non superno auxilio destitutus sum ? an non Dominus abjecta cura mei oblitus est ? Nihil ejusmodi vel dixit vel cogitavit : sed omnia magna cum mansuetudine toleravit, et idcirco dignus fuit habitus, qui ampliori divino auxilio adjuvaretur.* Nam hæc quæ evenerunt, exercitatio, ut ita

dicam, virtutis justis fuisse. Dicit enim : 22. *Profectus illinc, fodit puteum alium, et non contenderunt super illo : et agnominavit nomen ejus, Latitudinem, dicens : Quia nunc dilatavit nos Dominus, et crescere nos fecit super terram.*

3. *Gratus animus Isaaci. Deus exigit ut gratias agamus* — Vide gratum animum justis. Nam cum priores fontes diripere tentarent, non ægretulit, non obluatur est : sed in sola puteorum appellatione malitiæ illorum indelebilem reliquit memoriam. Hic vero quia nulla fuerunt obstacula, sed cum omni libertate laboribus suis frui licuit, totum tribuit Deo. *Vocavit enim, inquit, puteum illum, Latitudinem : et deinde interpretatus vocabulum, dicit : Propter hoc Latitudinem voco, Quia dilatavit Dominus et auxit nos super terram.* Vidi tibi piam mentem, quomodo non facta mentione tantarum difficultatum quæ obstiterant, bonorum tantum meminit, et pro illis gratias Deo agit, et dicit : *Quia dilatavit Dominus nos, et auxit nos super terram ? Nihil enim tam acceptum Deo, ut anima grata et gratias agens.* Nam cum innumeris beneficiis quotidie omnes nos prosequatur, sive velimus sive nolimus, sive ea sciamus sive ignoremus, nihil tamen aliud a nobis exigit, quam ut habeamus gratiam pro iis quæ nobis concessa sunt, ut pro illa ipsa gratiarum actione ad ampliora danda provocetur. Hoc ut scias, vide quomodo justus ille grati admodum animi causa de novo supernum meruerit visum. Nam quoniam condignum suæ virtutis specimen exhibuerat, et apud Gerareros, et cum rex eum expelleret, et cum pastores puteos auferrent : benignus Dominus veluti confirmaturus ejus alacritatem, jam ob insignem illam mansuetudinem eum acceptum habens : postquam 23. *Ascendit illinc ad puteum juramenti, 24. visus est ei Dominus in nocte illa, et dixit : Ego sum Deus Abraham patris tui, ne timeas : tecum enim sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum. Visus est ei, inquit, in nocte illa.* Considera Dei sollicitudinem : ut illum refocillet ac fidentiorum reddat, apparet ei, et dicit : *Ego sum Deus Abraham patris tui, patrem tuum glorificavi et adeo celebrem reddidi, ac peregrinum advenamque illustriorem omnibus incolis feci. Ego sum ille, qui hunc ita crescere curavi, et in omnibus curam ejus gessi. Ego sum : Ne igitur timeas. Quid sibi vult illud, Ne timeas ? Ne tibi mirum videatur quod ab Abimelech sis expulsus, quod a pastoribus sis injuria affectus. Multa talia et pater tuus pertulit, et inde gloriosior effectus est. Ne igitur hoc te terreat : Ego enim tecum sum. Idcirco hæc fieri permitto, simul volens et declarare tuam virtutem, et manifestari mentis illorum pravitatem, ut horum omnium causa te coronem ; Tecum enim sum. Ideo et invictus eris, atque infestantibus potentior, et invadentibus fortior. Et tantam tui curam habebo, ut invidiosus illis sis futurus : Ego enim tecum sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum.*

*Deus cur se dicat Deum Abrahami.* — Considera benignitatem Dei. Nam postquam dixit, *Ego sum Deus*





Abrahæ patris tui, et ostendit quomodo sibi vindicaverit, propriumque fecerit patriarcham, ita ut dignatus sit se vocare Deum Abrahæ, atque Dominus ac conditor orbis, unius hominis Deum se dixerit, non concludens in uno patriarcha dominium suum, sed magnam in illum suam benevolentiam monstrans: ita, inquit, eum mihi feci proprium, ut apud me reputetur tanti, quanti alii omnes: ideo *Et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum*. Multas, inquit, illi debeo retributiones ob suam in me obedientiam: igitur propter illum *Multiplicabo semen tuum*; simul et justo fiduciam indidit, et facta patris mentione, ad æmulandam paternam virtutem provocavit. Postquam autem tanta ei bona promisit, 25. *Ædificavit, inquit, ibi altare, et invocavit nomen Domini, et fixit illic tabernaculum suum*. Quid est, *Ædificavit illic altare*? Gratiarum actiones, inquit, illic Domino obtulit, qui tantam pro se gesserat sollicitudinem. *Et foderunt illic pueri Isaac puteum*. Demum cum securitare degit justus: nam qui dixerat, *Ego tecum sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum*: ipse simul eum et illustravit, et omnibus fecit spectabilem. Itaque vide Abimelech illum, qui abigere eum aggressus est, ac dixit, *Abi a nobis, nunc ad eum accedentem*. 26. *Ivit enim, inquit, Abimelech, et præfectus gynæcei et dux exercitus ejus; 28. et dixit eis Isaac: Quare venistis ad me? vos autem odio me habuistis, et expulistis a vobis*. Vide, obsecro, quanta sit mansuetudo justii. Videns eos a quibus fugatus erat, et qui tanto eum odio fuerant prosequuti, nunc veluti supplices ad se venire, non superbivit contra eos, non elato fuit animo, memor eorum quæ sibi a Domino dicta fuerant, neque virtute Domini fretus insurrexit contra regem: sed iterum consuetam mansuetudinem præ se ferens, cum magna lenitate verberum dixit eis: *Quare venistis ad me? vos autem odio me habuistis, et a vobis expulistis*. Quare, inquit, censuistis ut vobis veniendum sit ad me expulsam et odio habitum? 28. *Et dixerunt: Videntes vidimus quia Dominus tecum, et diximus: Fiat exsecratio inter nos et inter te, et disponemus fœdus tecum, 29. ut ne feceris nobiscum malum, sicut nos non abominati sumus te, et quomodo tecum bene sumus usi, et dimisimus te cum pace, et nunc benedictus tu a Domino*.

4. Vide quantum mansuetudinis robur, quantaque virtutis potentia. Nam qui pridem abegerant, nunc veniunt ad peregrinum, ad virum civitate carentem, ad erronem: et non solum satisfaciunt, ac excusant se de iis quæ commiserant, et peccatorum veniam petunt, sed et prædicant justum, indicantque sibi incussum metum, ac consententur suam infirmitatem, et justii magnam testantur virtutem. Quid enim robustius eo qui secum habet Deum? *Videntes, inquit, quod Dominus tecum est*. Unde vobis illa scientia? Profecto, dicunt, res ipsæ nos docuerunt. Vidimus te abactum abigentibus fortiolem factum esse, et vexatum eos a quibus vexare supercrasse, et ex rerum serie intelleximus te superno frui auxilio. Hoc autem divinæ dispensationis opus est, quod mens eorum obstupuerit justum, et quod hoc cognoverint. Quoniam igitur,

inquit, Dominus tecum, *Fiat exsecratio inter nos*. Vide quomodo impellente conscientia semetipsos reprehendere festinant, cum nullus alius cogat, vel facta obijciat. Nam nisi injuriam fecissetis, quare a justo petitis ut ineatur fœdus? Sed ita se habet injustitia: quotidie conscientia mordet, et silente eo qui offensus est, pœnam atque rationem exigi putant qui injustitiam sunt operati: quotidie anguntur, et quasi sibimetipsis præscribunt peccatorum suorum ultionem. Id cum et illi didicissent, *Sit, inquit, exsecratio inter nos et inter te*. Deinde dicunt qualem exsecrationem fieri velint. *Et inibimus fœdus tecum, ut ne feceris nobis malum, sicut nos non sumus te abominati*. Vide quomodo pugnancia inter se præ mentis angore et turbatione loquuntur: *Ne feceris nobis malum*. Quare sic timuistis justum, videntes eum tantam præ se ferre mansuetudinem erga eos qui lacescebant? Sed incorruptus iudex, conscientia, eos excitavit, et animadverterunt quantum erga justum ingrati fuerint: propterea præ timore atque formidine non attendunt se diversa et pugnancia loqui. *Ne feceris, inquit, malum nobiscum, sicut nos te non abominati sumus*. Quare igitur abegistis? Verum justus non petit rationem, neque ex postulat, neque eorum dicta arguit. *Et quomodo, inquit, bene te usi sumus, et dimisimus te cum pace, et nunc tu benedictus a Domino*. Vides eos supernam vindictam timuisse. Norant enim quod licet ipse propter humanitatem suam non ulcisceretur quæ fecerant, cum certe qui tantam ejus curam agebat, repetiturum esse rationem eorum quæ in justum facta fuerant: eapropter justum placant, et pactum inire cum eo student, simul et pro iis quæ facta erant rationem reddentes, et in futurum securitatem sibi concilians. 30. *Et fecit eis, inquit, convivium, et comederunt et biberunt: 31. et cum surrexissent mane, juravit unusquisque proximo suo, et dimisit eos Isaac, et discesserunt ab eo cum salute*. Vide justii benignitatem, quomodo cum eis absque vindicandi cupiditate loquitur: et non solum obliviscitur eorum quæ in se facta, sed magna hospitalitate illos excipit. *Fecit enim eis convivium, et comederunt et biberunt*. Convivio satis certa dat argumenta, se non fore memorem eorum quæ in se commiserant. *Et dimisit eos, inquit, et abierunt cum salute*. Significavit per hoc divina Scriptura, eos magno cum timore advenisse, periculum expectantes, et de rerum summa, ut ita dicam, anxios, ut excusarent se, ad justum contendisse. Vidisti quomodo nihil validius virtute? nihil potentius supernis auxiliis fretum? Postea dicit: 32. *In die illo abierunt pueri Isaac, et foderunt puteum, et dixerunt: Non invenimus aquam. 33. Et vocavit eum, Juramentum. Et idcirco vocavit nomen civitati, Puteus juramenti, usque in hodiernum diem*. Vide et hic, ex iis quæ facta sunt, loco nomen impositum. Nam quia effosso puteo nihil invenerunt in die illo quo juramenta inter se fecerunt, Puteum juramenti vocavit nomen loci, ut factorum duraret memoria. Vidisti quomodo justus ille, qui neque a lege eruditus fuit, neque ad aliquem virtute præditum respicere potuit, sed patris vestigia sequi-

tus, et ductus a conscientia magistra humanæ naturæ insita, tantam exhibuit philosophiam? Quæ enim ab eo facta sunt, non solum mansuetudinem indicabant justi, sed et præcepta Christi suis illum operibus implere ostendebant. Nam id quod Christus discipulis suis præcipiens et admonens dicebat, ne solos diligentes diligenter, sed et erga inimicos caritatem exhiberent (*Matth. 5. 44*): hoc ille nunc multo antea implebat, et tanta hospitalitate tractabat eos qui magno ipsum odio prosequuti fuerant: omnemque vindictæ cupiditatem animo suo excludebat.

5. *Moralis epilogus.* — Qua igitur nos venia dignerimus, qui post gratiam, post tantam doctrinam et Salvatoris præcepta, neque ad hujus justi mensuram pervenire valemus? Et quid dico, ad ejus mensuram? Neque prope adstare possumus. Tanta enim nunc malitiæ abundantia obduxit omnia, ut et diligentes diligere res admodum rara sit. Unde igitur nobis salutis spes, si publicanis deteriores fuerimus? sicut dicit Christus. *Si diligitis diligentes vos, quid amplius facitis? nonne et publicani hoc faciunt (Ibid. v. 46)?* Et Christus quidem volens nos ad summum virtutis venire fastigium, illis superiores vult esse: nos autem inferiores esse studemus. Et quid dico, publicanis? Deteriores et latronibus, et sepulcrorum direptoribus, et homicidis. Etenim hi omnes diligunt eos qui erga se bene affecti sunt, et sæpenumero etiam pro dilectis periclitantur. Quid igitur fuerit nobis miserabilius, qui tantam a Domino misericordiam nacti sumus, et innumera mala facientibus deteriores invenimur? Obsecro igitur, cogitemus et supplicii magnitudinem, et confusionis quæ alibi futura est gravitatem, ac vel saltem nunc nostram agnoscamus generositatem, et obtemperemus doctrinæ Christi, ac non solum nos diligentes sincere diligamus, omnino odio et invidia ab animabus nostris eliminatis: sed et eos qui hostiliter nos persequuntur, diligere studeamus: neque enim aliter salutem consequi nos possibile erit, nisi hac incedamus via: et magis quam eos qui nos diligunt, illos diligere studeamus, utpote qui nobis innumerorum bonorum sint auctores. Sic enim et peccatorum nostrorum remissionem invenire, et humiliata mente et contrita anima Deum precari poterimus. Quia cum anima ab omni odio libera mente tranquilla est, Dominum sedulo invocat, multumque sibi superne auxilium conciliat: quod nobis omnibus concedatur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA LIII.

*Erat autem Esau annorum quadraginta, et duxit Judith filiam Beel (a) Chettæi, et Basemath filiam Elom Evæi, et exasperabant Isaac et Rebeccam (Gen. 26. 34. 35).*

1. Age et hodie si placet aggrediamur ea quæ heri

(a) Hebraicus textus בְּעֵל. Vulgata recte *Beer*. Voce autem Latina *Beel*, accurate interpretatur versio Græca Βεελ. Porro hæc versio Græca maxime omnium ad Hebraicam lectionem accedit. Nam quod Βεελ legatur pro *Beer*, aut *Beer*, id haud dubie ortum ex transmutatione litterarum Hebraic-

dicta sequuntur, et singula, quantum nobis conceditur, aperiamus, ut domum cum utilitate aliqua redire possimus. Videamus igitur, quæ primum lecta sunt. 34. *Erat autem Esau, inquit, annorum quadraginta, et accepit Judith filiam Beel Chettæi, et Basemath filiam Elom Evæi: 35. et exasperabant Isaac et Rebeccam.* Vide quanta ex paucis his verbis addisci possunt. Quare enim nobis numerum annorum Esau signavit? Non absque causa, sed ut senectutem discamus Isaac, eumque jam provectum fuisse ætate. Nam si memores fuerimus eorum quæ antea dicta sunt, et cum, quando accepit Rebeccam, quadraginta annorum fuisse, quando autem nati sunt ei filii, annorum sexaginta: sciemus cum nunc centenarium esse, et in profundissima senectute. Quoniam enim posthac narraturus est, quomodo præ senio hebetatos oculos habuerit, ideo numerum annorum Esau assignat, ut inde tempus Isaac certo scire possimus. Propterea dicit, *Erat autem Esau annorum quadraginta.* Deinde ut sciamus filii ejus temeritatem, qui uxores ducebat a gentibus, a quibus non oportebat, declaravit nobis, unam fuisse ex genere Chettæorum, aliam autem ex genere Evæorum; quamvis nihil tale eum agere oportebat, qui didicisset quantam diligentiam patriarcha adhibuisset, præcipiens servo suo, ut de cognatione sua filio Isaac adduceretur uxor: quia etiam mater ipsorum Rebecca ex Charran venerat. Verum ut statim ab initio suos inordinatos mores indicaret, inconsultis parentibus illas duxit. Et ut sciamus quam male moratæ mulieres fuerint, dicit Scriptura: *Et erant exasperantes Isaac et Rebeccam.* Et quid est hac malitia pejus, quando illæ quæ omnem honorem impendere debebant, non solum hoc non agebant, sed et ad contentionem paratæ erant? Hæc autem omnia non absque causa historia nobis significat; sed ut postea, cum videris Rebeccam Jacob majori benevolentia prosequi, discas eam non injuria rem eam fecisse. Jam autem ne seriem contextus præveniamus, scripta ipsa sequamur. 1. *Factum est autem postquam senuit Isaac, et hebetati sunt oculi ejus ad videndum (Cap. 27): jam enim, inquit, præ senio videre non poterat: et vocavit Esau filium suum natu majorem, et dixit ei: 2. Fili mi, ecce senui, et nescio diem mortis meæ. 3. Nunc igitur sume arma tua, pharetram et arcum, et egredere in campum, et venare mihi venationem, 4. et fac mihi edulia, sicut ego amo, et offer mihi, ut comedam, ut benedicat te anima mea, priusquam ego moriar.* Hic obsecro, dilecte, animadvertite immensam Dei sapientiam, et quomodo pater quidem genuinam præ se ferens dilectionem, hæc imperavit Esau; sapiens autem et omnipotens Dominus per Rebeccam prædictionem suam impleri curat, docens nos, quantum valeant virtus et morum suavitas. Ille enim et ob primogenituram, et ob patris erga se affectionem primatum se habere putans, simul destitutus omnibus inventus est, quia quæ in se erant, afferre noluit: hic autem, quia domestica erat virtute præditus, et gratiarum, quæ frequenter accidit in Bibliis, ut in Prolegomenis ad Hexapla ostendimus.







tiam supernam habuit subsidiariam, etiam invito patre illius benedictionem abripit. Nihil enim validius eo qui dextra illa adjuvatur. Vide igitur diligenter omnia, ut discas dispensationis excellentiam; et quomodo hic quidem illa gratia fretus, magnum in omnibus auxilium et cooperationem adipiscitur, ita ut patris in eum transferatur benedictio: ille autem omnia amittit, perdens semetipsum propter morum iniquitatem. 5. *Rebecca autem, inquit, audivit loquentem Isaac cum Esaū filio suo. Ivit autem Esaū in campum, ut venaretur prædam patri suo.* 6. *Dixit autem Rebecca ad filium suum juniorem. Quare adjecit, Juniorem? Quia superius dixerat, Vocavit Isaac filium suum uatu majorem, ut discamus cui nunc loquatur Rebecca, inquit, Ad juniorem, hoc est, Jacob. Audivi, inquit, patrem tuum loquentem cum Esaū fratre tuo, et dicentem: 7. Affer mihi venationem, et fac mihi edulia, ut cum comederō, benedicam te coram Domino, priusquam moriar ego. Hæc quidem audivi patrem tuum fratri tuo Esaū loquentem. 8. Nunc igitur, fili, audi me sicut ego tibi præcipio, 9. et vade ad oves, et sumito mihi inde duos hædos teneros et bonos, et faciam ex eis edulia patri tuo, ut amat: 10. et inferes patri tuo et comedet, ut benedicat te pater tuus priusquam moriatur ipse.*

2. *Rebecca in rebus quæ ad benedictionem Jacobi ab Isaaco spectant, et suo amori et ipsi Dei ministravit oraculo; cooperari nos vult auxilio suo Deus; non cooperatur mendacio.* — Vide magnum matris amorem, imo dispensationem Dei. Ipse enim erat qui ei hoc consilium dedit, et omnia bene agere curavit. Vidisti matris optimum consilium? Vide et Jacob providentiam: et quomodo respondens, suorum morum indicat mansuetudinem. 11. *Dixit enim, inquit, matri suæ: Est frater meus vir hispidus, ego autem vir lævis: 12. ne forte contrectet me pater meus, et ero ante eum quasi contemnens, et inducam mihi ipsi maledictionem, non benedictionem.* Magna pueri honestas, et in patrem reverentia. Timeo, inquit, ne in diversum eveniant studia mea, ne videar adversari patris sententiæ, et pro benedictione maledictionem mihi adducam. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa et amans filii? Quia non ex sua tantum sententia faciebat, sed et divino ministrabat oraculo, ideo omni studio conatur eximere puero metum, et addere animos, ut consilium perficiat: nec promittit ei quod possit deludere patrem, et latere: sed quid? 13. *In me recidat maledictio hæc, fili mi: tantum obedi voci meæ, et vadens affer mihi.* Et si fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne igitur timeas, sed bene fidens *Obedi voci meæ, et fac quæ tibi consuluntur.* Hæc vere materna dilectio est, ut pro puero parata sit omnia ferre. His dictis filium a timore liberavit. 14. *Cum igitur abiisset, sumpsit et attulit matri suæ. et fecit edulia, sicut amabat pater ejus.* 15. *Et ut sumpsit Rebecca, inquit, stolam filii sui senioris pulchram, quam habebat apud se domi, induit Jacob filium suum juniorem, 16. et pellibus hædorum brachia ejus: et nuda colli ejus circumdedit, 17. et dedit edulia, et panes quos fecerat in manus Jacob filii sui, et obtulit patri suo.*

Vide, obsecro, hic Rebecæ cum magna dilectione conjunctam raram sapientiam. Nam quia superius dixit, illum quidem hispidum esse, hunc vero lævem; stola, inquit, Esaū induit eum, et pellibus circumdedit eum, et cum undique eum ad deceptionem instruxisset, datis eduliis et panibus in manus, effecit ut patri afferret. Considera hic rursus, quomodo omnia superna gratia evenerint. Nam quando quod a nobis est offerimus, largiter divinam cooperationem consequimur. Nam ut ne desides et supini simus, vult etiam nos aliquid conferre, quo sic illa sua exhibeat, et non totum sit superni auxilii, sed oporteat etiam nos aliquid simul afferre; neque a nobis iterum exigit totum, sciens infirmitatis nostræ magnitudinem: sed pro sua benignitate, et volens occasionem aliquam accipere, ut suam declaret liberalitatem, exspectat ut afferamus quæ a nobis sunt: id quod et nunc factum est. Nam quia Jacob et Rebecca fecerunt ea quæ a se fieri oportebat: et ille quidem obedivit consilio matris, hæc autem omnia quæ ad se attinebant implevit: tunc ultra bonus Dominus magna facilitate perfici curavit quod omnium erat difficillimum, ne fraudis hujus fabula nota esset Isaaco. Nam postquam attulit edulia patri, 19. *Dixit ad eum: Quis tu es, fili? Et dixit Jacob ad patrem suum: Ego sum Esau primogenitus tuus: feci tibi sicut loquutus mihi es. Surge ergo, sede, et comede de venatione mea, ut benedicat me anima tua.* Considera hic, obsecro, quanta cum anxietate verba hæc loquutus sit Jacob. Qui enim principio dixerat matri: Timeo ne inducam super me maledictionem, et non benedictionem: nunc expende in quanto timore constitutus fuerit, qui tantam fabulam ageret? Verum quia Deus erat qui cooperabatur iis quæ fiebant, omnia opere sunt impleta. Quid igitur, dicet aliquis, cooperatusne Deus est mendacio? Dilecte, ne indages tantum quod sit, sed attende etiam scopum, et quod id non factum sit temporalis commodi vel avaritiæ causa, sed quod ille patris benedictionem sibi comparare studeret: Alioqui si ita simpliciter quæ sunt examinaturus es, neque semper scopum exquiras, vide ne et patriarcham filii interfectorem, et Phineem homicidam dicas<sup>1</sup>. Verum neque Abraham filii homicida fuit, sed et valde ei affectus erat, si quis alius: neque Phinees homicida, sed zelo plenus. Uterque enim quod Deo probabatur, faciebat. Quamobrem ille per obedientiam, multam a Deo remunerationem promeruit; hic vero propter zelum prædicatur. Dicitur enim: *Stetit Phinees, et placavit (Psal. 105. 30).* Si igitur homicidium et filii cædes placuerunt, quia secundum Dei sententiam fiebant, nec attendimus ad facta, sed ad scopum eorum quæ gerebantur, et ad voluntatem eorum qui fecerunt: multo magis et hic perpendendum istud fuerit.

3. Ne igitur hoc considera, quod falsa fuerint ea quæ dicebantur a Jacobo, sed illud cogita, volentem

<sup>1</sup> Juxta Morel. et Savil. sic legendum est, .... Scopum exquiras, jam tibi dicendum erit patriarcham esse filii interfectorem, et Phineem homicidam.

Deum prædictionem impleri, omnia ut sic fierent dispensavisse. Et ut scias Deum omnia facilia reddidisse, etiam ea quæ difficilia erant: vide quomodo justus non potuerit suspicari fraudem, sed persuasus sit dictis Jacob, et cum edulia ista comedisset, benedictionibus eum remuneret. Et non prius a venatione rediit Esaü, quam omnia essent impleta: ut per omnia sciamus, voluntate Dei hæc gesta fuisse. 20. *Dixit autem, inquit, Isaac: Quid hoc, quod tam cito invenisti, fili? Ille autem dixit: Quod tradidit Dominus Deus tuus coram me.* Adhuc in angustiis stabat Jacob,angebaturque plurimum timor ejus: verum hæc omnia propterea facta sunt, ut discamus rebus ipsis Dominum non simpliciter suam declarare sollicitudinem et providentiam, nisi viderit et nostrum accedere fervorem. Ne enim prætereas obiter hunc agonem, dilecte, sed consideres de rerum summa fuisse periculum: eumque timore ac tremore plenum fuisse, ne propter benedictionem fieret omni maledictioni obnoxius. Deinde inquit, 21. *Dixit Isaac: Appropinqua mihi, et contrectabo te, fili, an sis filius meus Esaü, vel non.* Etenim ob vocem paululum dubitabat justus: sed quia dispensatio implenda erat, non permisit Deus ut dolus sentiretur. 22. *Appropinquavit autem, et contrectavit eum, et dixit: Vox quidem vox Jacob, manus autem manus Esaü: et non agnovit eum.* Vide quomodo ostendat totum a Dei gratia manasse: quæ efficiebat, ut ipse nihil horum agnosceret, et Jacob paterna frueretur benedictione. *Et non agnovit eum, inquit; erant enim manus ejus sicut manus Esaü.* 24. *Et dixit, Tunc es filius meus Esaü?* Vide iterum, quomodo ostendit divina Scriptura, quod dubitasset justus. *Dixit enim, inquit, Num tu es filius meus Esaü?* ut ex eo quoque sciamus, patrem victum naturali affectione omnia fecisse: Deum autem, qui futura prævidet, et virtutum nota servos suos insignire solet, omnia hunc in modum dispensavisse. Et dixit Jacob: *Ego.* Postquam enim dixit, *Num tu es Esaü filius meus?* et dixit, *Ego:* dixit, 25. *Affer mihi, et comedam de venatione tua, fili, ut benedicat te anima mea: vix tandem a cura solvitur Jacob, et attulit patri edulia, attulitque vinum, et bibit.* 26. *Et dixit ei: Accede ad me, et osculare me, fili.* 27. *Et accedens osculatus est eum; et odoratus est odorem vestimentorum ejus, et benedixit eum, ac dixit.* Vide divinæ Scripturæ observationem. Postquam interrogavit, *Num tu es Esaü?* et dixit, *Ego:* iterum contrectavit eum, et subdubitabat, cum ex voce pene simulationem deprehendisset: et iterum interrogavit, *Num tu es filius meus Esaü?* et dixit, *Ego:* et postea attulit ei, et comedit: tunc, inquit, *Osculatus est eum, et benedixit eum.* Ut ne quis opinetur eum in personam Esaü benedictionem fecisse, sed in illum quem osculatus est: propterea commemorat divina Scriptura, quod osculatus est, et benedixit illum, quem osculatus est. *Odoratus est enim odorem vestimentorum ejus et benedixit eum, et dixit: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus.* 28. *Et dabit tibi Deus de rore cæli, et de pinguedine terræ, et multitudinem frumenti et vini.*

Det, inquit, Dominus Deus tibi, qui edulia attulisti, qui a me osculam accepisti: *Et serviant tibi gentes.* Vide quomodo necessariorum copiam ipsi precatus sit, deinde principatum gentium, prædicens et futuram ejus prosperitatem et eorum qui ab eo nascuntur incrementum. *Et adorent te principes.* Non solum ei appreeatur gentium subjectionem, sed etiam principum. *Et sis dominus fratris tui.* Vide quomodo servit justus, etiam ignorans, Dei voluntati. Omnia enim hæc propter hoc dispensabantur, ut hic propter virtutem dignus, recipiat benedictionem. *Et adorabunt te filii patris tui.* Filios consuevit Scriptura vocare omnem generationem: sicut et hic, filios patris tui: ac si quis diceret eos qui ex semine Esaü futuri erant. Non enim alios filios habuit Isaac, quam hos duos solos. *Qui maledicit te, sit maledictus: qui benedicit te, sit benedictus.* Ecce coronidem benedictionis, ecce summam omnium honorum, esse benedictum. Vidisti Dei clementiam? Qui timuerat ne maledictionem acciperet pro benedictione, non solum eum tanta largitate benedictiones a patre reportat: sed et illi maledicuntur, qui attentant eum maledicere. Hinc discamus, quod quando quis secundum voluntatem Dei sua dispensare vult, tanto superno subsidio adjuvatur, ut hoc plane reipsa experiatur. Quis enim non admiretur et obstupescat Dei ineffabilem dispensationem, quod non prius Esaü de venatione advenerit, quam solveretur fabulæ illius argumentum, et quando ille accepta benedictione a patre discessit? Hoc enim nos docere volens beatus Moses adjicit: 30. *Et factum est postquam cessavit Isaac benedicere Jacob filium suum: et factum est quando exivit Jacob a facie Isaac patris sui, ecce Esaü frater suus venit de venatione.*

4. *Quidquid peractum sit, post adventum Esaü, narrat commentando Chrysostomus; benedictionis Esaü explicatio numerum claudit.* — Vide quomodo post illius exitum alter statim advenit. Non hoc absque causa vel temere factum, sed ut ignorans afferret et ipse edulia, et a patre addisceret rem totam ut acta erat. Nam si in fratrem incidisset, forsitan et ipsum interemisset, victus ira: qui enim hoc postea deliberavit, multo magis dum ageretur negotium, id attentasset. Sed manus Dei erat, quæ puerum servabat: et hunc quidem dignam benedictione effecit, illum autem et benedictione privavit et primogenitura. 31. *Ut autem advenit, inquit, fecit et ipse edulia, et attulit patri suo, et dixit: Surgat pater meus, et comedat de venatione filii sui, ut benedicat me anima tua.* Vide, obsecro, iterum justum perturbari, et mente cruciari. Nam ut audivit, 32. *Dixit: Quis es tu? Ille autem dixit: Ego sum filius tuus primogenitus Esaü.* Vide quomodo superbe se gerat in re præsentis: non satis ipsi fuit dicere, *Ego sum Esaü: sed addidit, Primogenitus.* 33. *Obstupuit autem Isaac stupore vehementi, et dixit: Quis igitur venatus est mihi venationem, et attulit mihi, et comedi de omnibus antequam tu venires: et benedixi eum, et sit benedictus?* Vide quomodo in perplexitate constitutus justus, et narrans factum, addidit tamen graviter illius animam vulnerans: *Et*





*benedixi eum, et sit benedictus.* Hoc autem faciebat justus, sapientia Dei illius linguam dirigente, ut cum ille omnia diligenter didicisset, scire posset nihil ei profore vel primogenituram, vel venationem. 34. *Auditis sermonibus patris, Esaū clamavit voce magna et acerba.* Quid est, *Voce magna et acerba?* Indignationem significavit per verbum, et iram magnam qua succensus est cum hæc didicisset. *Et dixit, Benedic, obsecro, et me, pater.* 35. *Dixit autem ei: Frater tuus venit cum dolo, et accepit benedictionem tuam.* Prior, inquit, frater tuus benedictionem omnem ubertim et copiose abripuit. Et ut scias supernam gratiam ad hoc fuisse cooperatam, ut justus deciperetur, vide quomodo ipse hoc fateatur dicens: *Venit frater tuus cum dolo: quasi excuset se apud filium, et illum doceat dicens, Ignorans illi benedictiones impendi, et paratus eram tibi eas largiri: sed ille Venit cum dolo, et accepit benedictionem tuam; quæ tibi præparata erant, ille præripuit: non hoc mea culpa factum est.* 36. *Et dixit, inquit, Esaū: Recte vocatum est nomen ejus Jacob; supplantavit enim me jam secundo: et primogenita meu tulerat, et nunc accepit benedictionem meam.* Non in vanum, inquit, nomen hoc sortitus est: supplantationem enim interpretatur nomen ejus (a): id quod hic in me declaravit, et primogenitura et benedictione me privans. Quid igitur ad Isaac Esaū: *Non reservasti et mihi benedictionem, pater?* 37. *Respondit autem Isaac, et dixit Esaū: Disce, inquit, quod omnes benedictiones in eum effudi, Cum eum fecerim dominum tuum.* Vide quomodo statim ab hoc exorditur, et nihil aliud ei quam servitutem significat et subjectionem: ac dicit: *Si eum feci dominum tuum, et omnes fratres ejus servos, frumento et vino stabilivi eum: tibi autem quid faciam, fili?* Nihil aliud ultra relictum est: cum dominum eum fecerim tuum, et omnes fratres famulos, et rerum necessariarum ubertatem precatus ei sim, quid aliud ultra relictum est? 38. *Dixit autem Esaū ad patrem suum: Num benedictio una tibi est, pater? Benedic, obsecro, et me.* Quoniam audivit patrem dicentem: *Et benedixi eum, et benedictus erit,* atque omnem illi deinde benedictionem manifestavit: tunc inquit, *Benedic, obsecro, et me, pater: num una tibi benedictio est?* Non potes et mihi tuam benedictionem impartiri, qui ita a te diligor, qui primogenitus, qui a te in venationem missus sum? Conturbavit patrem verbis. *Compuncto autem Isaac, inquit, clamavit voce magna Esaū, et flevit.* Vidit patrem consilio de titutum, et non posse, neque velle revocare quæ facta sunt: et clamori etiam adjecit ploratum, ut ad majorem commiserationem patrem fleteret. Misertus itaque ejus Isaac dixit ei: 39. *Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua, et de rore cæli desuper, 40. et in gladio tuo vives, et fratri tuo servies: erit autem quando depones et exsolves jugum ejus a collo tuo.* Quoniam, inquit, et ipse meam benedictionem desideras, disce non esse possibile ut agam quæ divinæ voluntati adversa sunt; sed et tibi quidem apprecor, ut rore cæli fruaris: scias

(a) עֵקֶב Ekeb Hebræis est planta pedis, sive etiam supplantatio, unde factum עֵקֶב.

autem te militarem vitam acturum esse: nam *In gladio tuo vives, et fratri tuo servies.*

5. Cæterum nullus hæc audiens miretur, videns post hæc fratrem ejus vagantem ob illius metum, et in terram alienam contendentem: neque initia attendens, existimet vaticinium excidere. Nam quando Dominus aliquid pollicetur, etsi contraria iis quæ pollicetur videamus in principio evenire, non turbemur: neque enim possibile est ut ad finem usque promissa excidant. Hoc autem fit, ut dum justi per omnia fulgidiores redduntur, abundantiam virtutis Dei manifestam nobis omnibus faciant. Et in unoquoque justorum hoc invenies, si volueris historias singulas diligenter animadvertere, quod sane nunc quoque factum est. Ne hoc attendas, quod nunc statim profugus sit, sed cogita gloriam quæ posthac sequetur; ut quomodo temporis processu hic ipse sic terribilis illi factus, tantam erga eum declaret reverentiam: quomodo item in tantam venerit gloriam post ærumnas, quas in terra aliena tulit, ut qui ex ipso nati sunt, in immensam multitudinem propagentur, et ejus nomine tota gens cognominetur et insigniatur. Nunc autem docens nos divina Scriptura fratris indignationem, qua ad homicidium spectabat, inquit: 41. *Et odio gravi prosequabatur Esaū Jacob propter benedictionem, qua benedixerat eum pater suus.* Et ut sciamus non fuisse simplicem subitanam iram, per dictionem nobis significavit malitiæ ejus excessum. *Gravi odio prosequabatur,* dicit: hoc est, instabat et perseverabat odium, ita ut et mentem in profundo latentem per verba significaret. *Dixit enim in corde suo: Appropinquant dies luctus patris mei, ut occidam Jacob fratrem meum.* Vere omnino is qui irascitur non minus quam ille qui furiosi sunt, insanit. Considera enim quomodo dæmon ille sicut insanientes subingressus, mente destituit quos corripit, et suadet ut plane contraria faciant iis quæ oculis videntur. Neque enim recte vident illi, neque aliud quiddam faciunt: sed quasi hebeatis sensibus, et judicandi vi amissa, faciunt omnia. Ita sane et qui irascuntur, non agnoscunt præsentia, non memores sunt cognationis, non amicitiam, non consuetudinem, non dignitatem, neque quidquam aliud in mentem admittant, sed iræ vi pressi, in præceps miserabiliter feruntur. Quid igitur illis miserius fuerit, quando victi et capti ab aegritudine animi etiam ad homicidium festinavit? Propterea beatus Paulus radicem hujus mali volens extirpare, admonet, sic scribens: *Omnis ira et indignatio, et clamor auferatur a vobis cum omni malitia (Ephes. 4. 31).* Non solum, inquit, nolo vos succensere et indignari, et irasci, sed neque cum clamore proximis loqui: clamorem hic dicens, qui ab ira nascitur. Quando enim morbus hic intrinsecus excitatur et cor tumet, non jam sinit ut lingua placide loquatur; sed affectionem cordis demonstrans, efficit ut clamose cum proximo loquatur. Volens igitur beatus ille sibi obtemperantes in perpetua versari tranquillitate, dixit: *Omnis ira* (hoc est, a qualicumque causa moveatur), *et omnis indignatio et omnis clamor tollatur a vobis: deinde radicem hujus*

mali volens arefacere, et inutilem reddere, dicit : *Cum omni malitia*. Nam qui sic afficitur, semper in portu sedet a terrenis fluctibus liber; et neque tempestatem timet, neque naufragium; sed quasi in tranquillitate navigans, vel in placido portu sedens, ita præsentem vitam trahit, non solum ab omni perturbatione liber, sed et immortalium et ineffabilium bonorum fructus sibi per omnia concilians: qui nobis omnibus concedantur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, et sancto Spiritui sit gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### IIOMILIA LIV.

*Rebecca autem vocato filio suo juniore dixit ei (Gen. 27. 42).*

1. *Gratiæ divinæ auxilium. Conscientia sufficiens magister.*—Vidistis heri publicani bene affectum animum, et Domini ineffabilem misericordiam, et Judæorum stupiditatem immensam (a)? Vidistis quomodo omnes nos erudierit beatus Matthæus, statim obediens, et tantam morum mutationem præ se ferens: quia in voluntate nostra, post supernam gratiam, sitæ sunt et virtutes, et vitia: et quia studio nostro possumus fieri virtutibus conspicui; et contra desides facti, in peccati præcipitium deferri? Hoc enim est quo a brutis differimus, quia ratione insigniti sumus a benigno Deo, et in natura nostra insita est scientia boni et mali. Nullus ergo prætexat, se ex ignorantia virtutem negligere, vel quia nullum habeat viæ ducem et commonstratorem. Sufficientem enim magistrum habemus conscientiam, et fieri non potest, ut quis illo adjumento privetur. Nam simul cum formatione hominis insita est illi scientia faciendorum, ut rectum suum animum declarans in præsentī vita, quasi in palestra quadam exercitatus ad virtutum labores, probitatis virtutisque præmia reportet, et brevi tempore in laboribus deurso, perpetuas coronas mereatur, atque in fluxu hoc sæculo virtutem amplexatus, æternis bonis in infinita sæcula fruatur. Id sane scientes, fratres, nostram ne perdamus nobilitatem, ne simus post tantam beneficentiam ingrati, ne sectemur voluptates, quæ tam brevi tempore durant, perpetuum dolorem nobis accersentes: sed ante nos semper intuentes oculum illum qui numquam sopitur, qui et abscondita cordis novit, res nostras ita instituamus et moderemur, et muniti armis Spiritus bene affectum animum exhibeamus, ut superno fruente auxilio, devicto hoste illo et adversario nostro, ejusque machinamenti inutilibus redditis, bonis illis frui valeamus, quæ promisit Dominus diligentibus se. Ne ergo quis spectet ad laborem virtutum, sed lucrum inde partum cogitans prompte labores suseipiat. Nam si ii qui in terrenis versantur negotiis, et ad colligendas opes insaniunt,

omnia prompte suscipiunt facienda; et pericula maris, naufragia, piratarum insidias prospicientes non franguntur, nec segniores fiunt, quamvis de fine nihil certi habeant: qualem nos habituri sumus defensionem, si non omni studio et alacritate accingamur ad virtutum studia et agones, propter æterna illa bona? Quare ita ingrati sumus benefactori nostro, et neque quæ jam donata sunt versamus animo, neque promissa cogitamus; sed omnium propemodum obliti, frustra et in vanum, quasi pecudes, vitam totam transigimus: animæ quidem nullam habentes curam, ventrem autem solum dirumpentes cibus, atque etiam propter hoc misero corpori perniciem parantes, ac propter intemperantiam et ingluviem innumera nobis negotia facimus et accersimus, dum animam fame perire sinimus? tametsi præstantior anima sit quam corpus, et ablata illa, hoc mortuum relinquatur. Cum igitur oporteret et huic atque illi congrua et convenientia præbere alimenta, modum neque hic, neque illic servantes, utrique nocemus: hoc plus quam oportet saginantes, illam autem fame perire cogentes. Id quod universorum Dominus loco maximæ indignationis aliquando interminatus est Judæorum populo dicens: *Dabo vobis non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi sermonem Domini (Amos 8. 11)*; docens nos, illam quidem famem corpus macilentum reddere, hanc autem animam attenuare: idipsum, quod Dominus tunc supplicii loco illis minabatur, nunc nos sponte nobis attrahimus; idque postquam Deus tantam nostri curam declaravit, et dispensavit, ut cum sacrarum Scripturarum lectione habeamus et a doctoribus admonitiones.

*Cum lectione Scripturæ monita Doctorum.*—Ideo oro vestram caritatem, ut excussa desidia paululum expergiscamini, et studium omne in animæ salutem transferatis. Sic enim et a Deo benevolentiam uberem attrahetis, nosque alacriores ad docendum vos erimus, quos videbimus consilio nostro parere. Quoniam et agricola, quando videt terram secundam, culturæ idoneam fructuumque feracem, parat se etiam ipse ut majori studio illam colat: eodem modo et nos si viderimus vestrum in divinis profectum, et vos ea quæ a nobis dicuntur, factis studiose implere, majorem docendi laborem exhibebimus: utpote scientes, nos non in petris seminare, sed in pingui et profunda terra.

2. *Utilitatem, non plausus auditorum, quærit Chrysostomus. Radix homicidii invidia.*—Ea enim de causa quotidie vobis concionamur, ut aliquid lucri faciatis, et virtutes vestræ crescant, nosque lætemur vestrum videntes profectum. Numquid enim temere et in vanum dicere volumus, ut a vobis laudum fructus recipiamus, et ut plaudentes manibus recedatis? Non hoc spectamus; absit: sed vestram utilitatem. Mea maxima laus est et summus plausus, si quis a vitiis ad virtutem convertatur, si quis antea deses, nostra adhortatione studiosus fiat: hoc et mihi maximum affert solatium et laudem, et vobis lucrum et divitias spirituales. Sed non ambigo, quin multum studii ex-

(a) Hic commemoratur homilia ubi de publicano penitente, de Judæorum stupiditate, deque Matthæi apostoli vocatione agebatur: an vero hæc homilia ex editarum numero sit, nondum explorare potui; suspicor tamen ex amissarum numero esse.







hibituri sitis : scio enim vos a Deo doctos esse, posseque etiam alios admonere. Propter hoc hic sistens meum consilium, pergam ad solitam doctrinam ex verbis beati Mosis, imo Spiritus sancti per eum loquentis : et ubi pauca quædam proposuero, hodiernum vobis illinc convivium apponam. Audistis nuper quomodo Jacob omnia faciens secundum consilium Rebecæ, patris benedictionem arripuerit, laudatumque furtum commiserit, ideo et cooperatorem Deum habuit, et conatus ejus bene successit : sed quia Esaü ob id ipsi valde invidebat, et se ad eandem præparabat : ita enim se habet mala hæc affectio ; non ante desistit, donec a se captum in præceps dejiciat, ita ut ad homicidii currat scelus. Radix enim homicidii invidia [ et fructus invidiæ homicidium ]. Ita et a principio fuit inter Cain et Abel. Ille enim nihil habens vel parvum vel magnum, de quo accusaret fratrem, ubi vidit illum Domino probari propter oblationem munerum, se vero ob negligentiam suam rejici, ad invidiam statim provocatus est : et nata homicidii radice in mente ejus, statim perniciosum illum fructum attulit, et homicidium commisit. Ita sane etiam Esaü, cum videret accepisse fratrem benedictionem a patre, ab ira et invidia ad homicidium inductus, meditabatur mortem fratris.

*Quomodo Rebecca saluti junioris filii sui consuluerit ; consilium ab ipsa datum ad consilium ab ipso Christo datum refertur.* — Verum admirabilis illa mater hoc sentiens, iterum maternum amorem erga filium declaravit : et consilium attulit quo posset fratris manus cripi. 42. *Vocato enim, inquit, filio suo juniore, dixit ei : Ecce Esaü frater tuus minatur tibi mortem. 43. Nunc igitur audi vocem meam.* Experientia te doceat me tibi utilia consulere ; et sicut jam audita voce mea, magnas illas a patre benedictiones assequutus es : ita et nunc audi vocem meam, ut effugere possis fratris manus. Sic enim et temetipsum a periculis liberum reddes, et me a luctu. Verisimile enim est illum, si hoc ausus fuerit, pœnam daturum esse, atque ita undique mihi gravis dolor et cruciatus erit. *Audi igitur vocem meam, et surge, statimque vade ad Laban fratrem meum in Charran, 44. et habita cum eo ad aliquot dies, usquequæ avertatur ira et indignatio fratris tui erga te, 45. et obliviscatur quæ ei fecisti : et mittam et reducam te inde, ne forte uno die vobis ambobus orber. Abi, inquit, ad fratrem meum Laban, et habita illic cum eo.* Verisimile enim est separationem et temporis processum posse aliquid amplius, nempe mitigare iram, invidiam sedare et oblivionem afferre eorum quæ in furto benedictionis gesta sunt. *Et obliviscatur, inquit, quæ feceris ei.* Verisimile est, inquit, cum irasci<sup>1</sup> : ideo par est ut iram et impetum ejus

declines, si forte per tempus rei gestæ obliviscatur, et postea cum libertate possis hic domicilium habere. Et ne filius ejus gravatim ferat, quod cogatur in alienam terram abire : vide quomodo soletur illius animam. Primum quidem dixit : *Abi ad Laban fratrem meum.* Nam ad extraneum et alienum ire te jubeo ? *Ad fratrem meum abi, et habita cum eo ad dies aliquot.* Breve, inquit, tempus, paucos dies, quousque quiescat ira. Nunc enim fervet indignatio ejus, neque patris habebit reverentiam ira semel inundante, neque quantum fraternæ necessitudini debeat in mentem accipiet : sed unum hoc aget, ut furorem suum expleat. *Et mittens, statim inde reducam te.* Te, inquit, revocabo. Abi igitur bona cum fiducia ; te enim nuntiis eo missis reducam : nam de toto mihi certamen est, de utroque anxia sum, ne forte utroque priver. Vide sapientiam matris, quæ a seipsa mota, imo Dei prædictioni etiam nunc serviens, illa consulit puero quæ Christus discipulis suis consulebat, ne temere periculis se immiscerent, sed recessu insaniam male affectorum demulcerent. Hoc igitur etiam illa filio consulit, primum ejus animo fiduciam indens ut discessum non ægre ferret, tunc deinceps et causam honestam protectioni ejus excogitat, ita ut ne manifeste videatur propter fratris invidiam recedere, neve pater sciat veram peregrinationis causam, Esaü scilicet indignationem contra illum. 46. *Et ingressa, inquit, ad Isaac Rebecca dixit : Gravis mihi vita est propter filias filiorum Chet. Si acceperit Jacob uxorem de filiabus terræ istius, ad quid mihi vita ?*

3. Considera quomodo honestum invenit obtentum. Quando enim nobis superna gratia cooperatrix est, et difficilia facilia fiunt, et gravia levia. Quia igitur et hæc habuit Deum sententiæ suæ annuentem, omnia, quæ ad futuram dispensationem et ad salutem filii conducere poterant, suggessit ejus menti. *Gravis mihi, inquit, est vita mea propter filias filiorum Chet. Si acceperit Jacob uxorem de filiabus terræ hujus, ad quid mihi vita ?* Hic mihi significare videtur pessimos uxorum Esaü mores, quæ eis fuerint multæ amaritudinis causa. Etenim de Esaü superius narravit nobis divina Scriptura, quod acceperit a Chettæis et Evæis uxores, quæ exasperabant Isaac et Rebecam (Gen. 26. 34. 35). Hæc igitur in memoriam ei suggerere volens, ita fere loquitur : Scis quomodo vitam meam exacerbant uxores Esaü, et quomodo propter illarum malitiam in omnes filias filiorum Chet male afflictor, et propter illas omnem gentem exosam habeans ; si igitur contingat et Jacob ex illis uxorem ducere, quæ mihi postea salutis spes ? *Ad quid mihi tum vita ?* Nam si illas ferre non possumus, si etiam Jacob ex filiabus terræ hujus uxorem acceperit, actum est de vita nostra. Quibus auditis Isaac, atque malitiæ illarum recordatus, 1. *Isaac advocans Jacob, benedixit eum, inquit, et præcepit ei, dicens : Non sumes uxorem de filiabus Chanaanæorum ; 2. sed surge, et vade in Mesopotamiam, in domum patris matris tuæ, et accipe tibi inde uxorem de filiabus fratris matris tuæ (Cap. 28).* Neque his contentus verbis, voluit et alacriorem eum reddere

<sup>1</sup> In græco, ἐκείνους, φροῦν, ἀπειθεῖται. Ad literam melius esset, *jure irascitur* : et fortassis hoc dicere voluit Chrysostomus. Et vero, ut statim videtur, causa aderat ut irasceretur Esaü, ob surreptam sibi fraude primogenituram. Etsi enim dicat Augustinus, Tomo IV, cap. 10, post initium, id quod suadente matre fecit Jacob, non esse mendacium, sed mysterium, et ipse Chrysostomus supra Rebecæ et Jacobi factum excusaverit ; primo tamen intuitu fallaciam conspicimus, et Esaü jure indignatus videtur.

in peregrinatione, et eum iterum benedictionibus confirmat ac dicit : 5. *Deus autem meus benedicet te, et augebit te, et multiplicabit te, et eris in congregationes gentium, 4. et dabit tibi benedictionem Abraham patris mei, tibi et semini tuo post te: ut in hereditatem accipias terram peregrinationis tuæ, quam dedit Deus Abraham.* Vide quomodo justus prædicat ei omnia, ac bona ei viatica dat et solatia : prædicat enim ei reditum hereditatemque terræ, futurum esse dicens ut non solum in multitudinem crescat, sed etiam congregationes gentium ex semine ejus egrediantur. Quæ ut audivit filius, implevit jussa patris, et profectus est in Mesopotamiam ad Laban matris fratrem. Et iterum, ut hoc didicit Esaü, nempe Jacobum benedictum fuisse a patre, et mandatum accepisse ne duceret uxorem ex filiabus Chanaanæorum, sed contendisse in Mesopotamiam : quasi corrigere volens erratum suum et placare patrem, 9. *Addidit, inquit, et accepit uxorem ad duas uxores suas, filiam Ismael filii Abraham.* Vidisti, dilecte, quanta prudentia filium suum Jacob e periculis amantissima mater eripuerit : speciosam obtendens peregrinationis causam, et neque Esaü malitiam prodens, neque patri causam manifestam reddens ; sed et filio conveniens dans consilium, ut ex metu ad suam amplectendam sententiam adduceretur, dum etiam patri congruentem causam suggestit ? Unde et justus ejus dictis assensum præbens, viatico benedictionis instructum Jacob dimisit.

*Peregrinatio Jacobi narratur.* — Cæterum si placet, et non defatigamini, videamus quomodo peregrinationem obierit Jacob. Non parvum enim et hinc fructum accipere possumus, si attenderimus. Justorum enim conversatio et vita totius philosophiæ continet doctrinam. Vide igitur hunc juvenem, qui domi educatus, qui antea numquam peregrinationis cujuscumque periculum fecerat, numquam in extranea regione versatus fuerat, neque grave aliquid expertus erat, quomodo iter arripiat, et disce philosophiæ illius excellentiam. 10. *Et egressus Jacob a fonte juramenti, profectus est in Charran, 11. et occurrit loco, et dormivit illic: occidebat enim sol: et accepit de lapidibus loci, et posuit ad caput suum, et dormivit in loco.* Vidisti ineffabilem philosophiam ? vidisti quomodo veteres iter faciebant ? Vir domi educatus (rursus enim ea dicam), tantoque assuetus famulatio (*Simplex enim erat, inquit, et domi habitans [Gen. 25. 27]*), peregrinaturus, neque jumentis egebat, neque ministris, neque viaticis ; sed apostolicum morem imitatus, iter facit : et cum occumberet sol, ibi dormivit, ubi eum nox comprehendit. *Accepit, inquit, lapidem, et posuit ad caput suum.* Vide pueri robur : lapide pro pulviniari usus est, et super pavementum dormivit. Igitur, quoniam bene moratam animam habebat, et virilem spiritum, ab omni sæculari vanitate liberum, admirabilem visionem illam meruit. Hoc enim more agit Dominus noster ; quando videt animam bene affectam, presentia non magni facientem, plurimam sibi illius curam esse declarat.

4. Vide igitur justum illum in solo cubantem, et

visionem videntem, imo visione Domini dignum habitum. Dicit enim : *Obdormivit, 12. et ecce scala erat firmata super terram, cujus caput pertingebat in cælum, et angeli Dei ascendebant et descendebant super eam<sup>1</sup>. 13. Dominus autem innixus erat super eam, et dixit. Ego Deus Abraham, et Deus Isaac patris tui : ne timeas.* Considera, obsecro, hic eximiam curam clementis Dei. Quia videbat eum secundum consilium matris propter timorem fratris peregrinationem suscipere, et quasi erronem quemdam iter facere, solum atque ab aliis abstractum nullamque habentem consolationem ullo ex loco, sed totum in supernum auxilium projicientem : statim in ipso initio volens confirmare alacritatem ejus, ei apparet, ac dicit : *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac patris tui* Ego et patriarcham et patrem tuum in tantum splendorem evexi. Ne igitur timeas, sed crede me, qui implevi illis promissiones, et te mea cura et providentia dignaturum. Ne timeas ergo, sed confide : et omni timore depresso, crede iis quæ a me dicuntur. *Etenim terram, in qua tu dormis, tibi dabo et semini tuo, 14. et erit semen tuum sicut arena maris.* Ne putes, inquit, quia in terram alienam nunc vadis, privandum te terra in qua natus es, ubi educatus, ubi adolevisti. Etenim tibi dabo eam et semini tuo, quod sicut arenam maris augeri curabo, *Et dilatabitur ad mare, et africanum, et septentrionem, et orientem : hoc est, ubique propagabitur : Et benedicentur in te omnes tribus terræ, et in semine tuo.*

*Quomodo exerceat justorum obedientiam Deus.* — Vide quomodo jam omnia ei quæ post longum tempus eventura erant, prædicat. Ille enim mos est omnium Domino, ut singulis quidem justis se id facturum polliceatur, non autem continuo promissiones impleat ; sed exerceat justorum obedientiam et patientiam, atque sic multa cum liberalitate impleat promissa. Deinde ubi pollicitus est ei futura, cum indigeret justus in rebus præsentibus non vulgari consolatione : vide quomodo benignus Dominus futura polliceatur, et per illa ipsa quæ nunc in eum declarat, de illis fiduciam indit. Dicit enim : *Ne putes me hæc sola tibi polliceri ; sed et nunc 15. Tecum sum, custodiens te in omni via, quo vadis.* Ne igitur putes, inquit, te solum iter facere : me habebis itineris comitem, me habebis custodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddentem. Exinde magis augens consolationem, jam prædicat ei reditum ad sua. *Et reverti faciam te, inquit, in terram hanc.* Ne formides, inquit, quasi in aliena terra versaturus. *Et reducam te in terram hanc, et minime te derelinquam, donec fecero omnia quæ loquutus sum tibi.* Non despiciam te, neque te consilii inopem sinam ; sed hæc quæcumque tibi promisi in opus adducam. Quomodo quis pro dignitate admirabitur et obstupescet divinam benignitatem et inæstimabilem indulgentiam ? Vide enim quantum pondus promissionum dat justo, et quomodo animum ejus erexit. Cogita item et justus hujus gratum affe-

<sup>1</sup> Ita Codex unus, atque sic habetur in Bibliis Græcis, et eodem modo legit Interpres. In Editis, et aliis omnibus Mss. hæc, et descendebant (*καὶ κατέβαινον*), desunt.





rum, et quomodo post illas promissiones apud Laban viginti annis laboribus afflictus, non gravatim tulit, non segnior fuit tam diuturno tempore; sed omnia fortiter sustinuit, exspectans promissionum tempus, et sciens non posse interciderere quæ a Deo dicta sunt: maxime si et nos afferre nostra studeamus, fidem et patientiam, et ita bene fidamus iis quæ a Domino promissa sunt, atque si jam impleta essent. Hæc enim vera fides est, non attendere ea quæ videntur, etiam si omnino sint adversa promissioni, sed soli promittentis potentie confidere. Jam vero videamus justus hujus gratum animum. 16. *Et evigilavit, inquit, Jacob de somno suo, et dixit: Dominus est in loco isto, ego autem nesciebam.* 17. *Et timuit, et dixit: Quam terribilis est locus iste! Non est hoc aliud, quam domus Dei: et hæc est porta cæli.* Stupescens justus propter magnam misericordiam Dei, timuit, inquit, et dixit: *Non est hoc nisi domus Dei, et ista est porta cæli.* Hic locus mihi posthac pro domo Dei reputabitur. Tanta igitur visione dignus habitus, et cum ipsam, ut ita dicam, quasi cæli portam viderim, justum fuerit, ut debitam hic gratiarum actionem Domino reddam et offeram. 18. *Et surrexit Jacob, et accepit lapidem quem posuerat ad caput suum, et statuit eum in columnam, et infudit oleum super summum ejus.* 19. *Et vocavit Jacob nomen loci illius, Domus Dei. Aliud enim erat nomen loco antea.* Postquam autem per visionem tam magna consequutus fuit, vocabulo memoriam loco inscribere vult, posterisque eum facere celebrem, lapide pro columna erecto, superfu-soque oleo (verisimile enim est quod illud solum secum tulerit, utpote iter faciens), votum offert benigno Deo, omni plenum philosophia.

5. Et si vultis, etiam ipsa audiamus verba. 20. *Vovit enim votum, dicens: Si fuerit Dominus Deus mecum, et custodierit me in via hac, qua ego ambulo. Quoniam dixerat, Ego tecum sum, et custodiam te in via hac qua ambulas: propter hoc et ipse dicit: Si illa mihi eveniant, quæ scilicet te daturum promisisti. Deinde et petitionem affert, dicens: Si dederit mihi Dominus panem ad manducandum, et vestem ad tegendum. Non divitias, non abundantiam quamdam petivit; sed panem et vestem: et hanc ad contegendum corpus, illum vero in necessarium alimentum. Considera quomodo nobis apostolicum characterem petitione sua significavit: tanto sapientie studio plenus erat justus animus. Nam id quod Christus dicebat, Ne possideatis aurum, vel argentum, vel duas tunicas (Matth. 10. 9): hoc iste nondum a quoquam doctus, sed a seipso, et ab insito nature nostræ magistro didicit, et optavit a Domino suo præberi panem ad comedendum, et vestem ad tegendum. Si hæc mihi fuerint, inquit, in terra aliena, 21. *Et reduxerit me Dominus saltem in domum patris mei, sicut promisit: erit Dominus mihi in Deum, 22. et lapis iste quem erexi in columnam, erit mihi domus Dei: et omnium quæ mihi dederis, decimas tibi offeram.* Vide justus probum affectum. Petebat quidem, at nihil pretiosum, sed paucum et vestem; promittebat autem et sua Do-*

mino, gnarus quam certet muneribus, et quam nostras cogitationes retribuendo transcendat, aliqno: Et columnam hæc in domum Dei habebam, et omnium quæ mihi a te suppeditabuntur decimas dabo. Vidisti mentem piam ac religiosam? Nihil adhuc acceperat, et promisit se Deo decimas eorum quæ sibi donanda erant oblaturum.

*Moralis epilogus.* — Ne simpliciter, dilecti, prætereamus quæ dicta sunt, sed æmulemur omnes huic justum: et nos qui in gratia, eum qui ante legem: et nihil temporale petamus a Domino. Neque enim exspectat donec a nobis admoneatur, sed et non petentibus nobis largitur ea quæ ad usum pertinent. *Oriri enim facit solem super malos et bonos, et pluit super justos et injustos (Matth. 5. 45).* Et credamus ei admonenti, et dicenti: *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia apponentur vobis (Matth. 6. 33).* Vides ipsum nobis etiam illa in donum præparavisse, et hæc in lueri et auctarii parte daturum se promittere? Ne igitur ea quæ tamquam auctarii loco accepturus es, quasi primaria pete: ne invertamus ordinem, sed quæramus illa sicut præcepit, ut et his et illis frui liceat. Ea enim de causa in orationis nostræ verbis limites et regulas nobis Dominus præscripsit, quatenus petenda sint temporalia. Verba illa jubet nos dicere, quæ omni philosophia<sup>1</sup> sunt referta, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie (Matth. 6. 11):* dici alimentum, inquit: id quod justus iste, tametsi nihil horum audierat, precatus est, dicens: *Si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, et vestem ad tegendum.* Ne igitur temporale aliquid aliud ab eo petamus. Indignum enim valde est, a tam liberali et tanta virtute præstanti hujusmodi petere, quæ cum præsentis vita dissolvuntur, et magnam vicissitudinem et mutationem experiuntur: id genus enim sunt humana omnia, sive divitias dixeris, sive potentiam, sive humanam gloriam: sed petamus semper manentia, sufficientia, vicissitudinis nescia. Et scientes Domini nostri bonitatem, nihili pendamus præsentia, sed omne nostrum studium in cælestium desiderium transferamus. Nam si *Solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos et injustos,* multo magis abstinentes a malitia, et injustitiam fugientes non despiciet: sed multa dignos ducet providentia, et sua sollicitudine omni tempore dignabitur. Id scientes, dilecti, ne increduli simus divinis pollicitationibus, neque contraria iis quæ ille jussit faciamus. Enimvero quantum ad ea quæ nunc a nobis sunt, nihil ab infidelibus differimus. Quando enim ipse quidem futura nobis promittit, nos autem nolumus fidere illius promissionibus, sed presentibus sumus affixi, quod aliud incredulitatis indicium adhuc requiritur, rebus ipsis tam clara voce attestantibus? Et rursum, Christo jubente nos nihil a se petere fragilium horum et temporalium, sed potius illa postulare, nos ei repugnantes, quæ petere prohibuit, illa quæramus: et quæ jussit quæri, illa non quæramus. Et hæc facien-

<sup>1</sup> Sic Savil. et quinque Mss. Morel. vero, *paterno affectu* (φιλοστοργίας), pro, *philosophia* (φιλοσοφίας).

tes, et tam pigre segniterque nostra instituentes, et exacerbantes mitem et humanum Dominum, quasi obliti eorum quæ nos fecerimus, causam quærimus ejus erga nos indignationis, et quare nos sæpe despiciat, cum in varias incidimus tentationes: et non cogitantes peccatorum nostrorum magnitudinem, nosmetipsos ultro decipimus. Idecirco obsecro, ut iis omnibus repulsis, nihil saluti nostræ præferamus. *Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur (Matth. 16. 26)?* Et supervacuas divitias jam evacuemus in pauperes, magnumque sapientiæ studii specimen in omnibus exhibeamus, vanam gloriam despicientes, humanum fastum conculcantes, et omne caritatis studium aliis in alios mutuo impendentes: ut et presentibus et futuris bonis perfrui mereamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA LV.

*Et dixit Laban ad Jacob: Quoniam frater meus es tu, non servies mei gratis; dic mihi, quæ merces tua (Gen. 29. 15).*

1. *Paucis dicta heri resumit; confidentiam Jacobi in Deum prædicat.* — Satis heri ex præludiis peregrinationis justî edocti sumus quanta fuerit ejus philosophiæ magnitudo, propter quam causam tantam promissionem a Deo consequutus est. Iterum autem per preces et votum, quæ fecit universorum Domino, sufficientem doctrinam nobis omnibus dedit, si vellemus ad imitandam virtutem illius excitari. Etenim admiratione dignum est, quomodo virtutem sciens promittentis, et audiens magnitudinem sibi promissorum, neque sic magnum aliquid et sublime postulare attentaverit: sed illa dumtaxat petiit, quæ audistis heri, nempe ea quæ ad quotidianum alimentum sibi sufficere possint, et vestimentum ad corpus togendum: et promittit, si redditum sibi in sua concedat Deus, sicut sibi promiserat, daturum se illi omnium quæ ab eo accipiet decimas: per omnia monstrans religionem suam, et ipsum adscribens omnium largitorem; docetque nos ut ei tantum habeamus gratiam. Noverat enim justus ineffabilem ejus benignitatem, hoc conjectans ex iis quæ in patrem suum exhibuerat, et sciebat eum sibi magnam abundantiam concessurum esse: et horum quidem ipse nihil petit a Domino, neque vult de iis precari, sed cum decimas omnium daturum se pollicetur, ostendit quantum in omnibus confidebat ejus potentiæ qui promiserat. Propterea et ipse quando eum eo loquebatur, dicebat, *Ego sum Deus Abraham et Isaac patris tui; ne timeas (Gen. 26. 24).* Cogita, inquit, et patriarcham quasi peregrinum et ignotum in terram hanc advenisse, et in tantam venisse gloriam, ut omnium ore celebretur. Cogita item et patrem tuum, in extrema senectute patri suo natum esse, atque ita opibus auctum fuisse, ut invidiosus fieret indigenis. Eadem igitur et ipse expecta, omnemque timorem et anxietatem depo-

nens, peregrinationem obi. Hæc secum cogitans justus, non ad præsentem respiciebat statum, (nihil enim omnino secum afferebat: quomodo enim parvulus qui solus erat et iter facere cogebatur?) sed jam fidei oculis non multo post futuram prævidens abundantiam suam, declarabat gratam voluntatem: et qui nihil adhuc acceperat, vovet, digniorem fide existimans promissionem Domini, quam rerum possessionem. Neque enim ita fidere debemus his quæ in manibus habemus et videmus, ut promissionibus Dei, etiamsi non eveniant statim primo tempore. Justus igitur sumpta iis quæ Deus dixerat fiducia maxima, peregrinationem obiit. Quo pacto enim non fisurus esset, cui dictum erat, *Ecce ego tecum sum, custodiens te in omni via, qua iturus es: et multiplicabo semen tuum, et reducam te iterum in terram hanc, et non te derelinquam (Gen. 28. 15)*, usquequo compleantur promissa omnia? Verum, ut heri dixi, cogita et omnipotentem Dei sapientiam, et justî illius magnam patientiam et gratum animum. Surrexit enim post promissiones illas, et in Charran contendit, et iterum agit ut peregrinus et vagus, et in omnibus divina gratia fruitur, benigno Deo ipsi viam ubique parante, et suam promissionem adimplente. Qui enim dixerat, *Tecum sum, custodiens te in omni via, qua iturus es*, is duxit justum ad fontem aquæ, ubi aquabant pastores terræ incolæ: a quibus cum interrogasset de Laban fratre matris suæ, et didicisset omnia quæ circa illum gerebantur: deinde cum et hujus filiam, et greges oculis spectasset, videretque indigenas non sufficere ut lapidem a fonte ipsi amoverent, et aquarent oves, accurrit, et id quod illi facere non valebant, ipse superno auxilio roboratus, præveniens beneficiis Laban, amovit lapidem et adaquavit oves quas pasebat Rachel. Dein ubi osculatus est puellam, et significavit quis esset et unde venisset, mansit ipse apud fontem. Verum quia Deus est qui justo disponebat omnia, hic et puellam excitavit ut celeriter curreret, atque hæc annuntiaret patri, qui frater erat hujus matris: narraretque beneficium quod ab eo præstitum esset et in ipsam et in greges: et se neque peregrinum esse, neque ignotum, sed sororis filium.

*Quanta veterum hospitalitas. Exemplo Jacobi probat omnia feliciter succedere ei quem Deus juvat.* — Considera, obsecro, dilecte, divinæ Scripturæ diligentiam, quomodo nobis omnia manifeste recenseat, docendo nos mores veterum, et quantæ in excipiendis hospitibus fuerint alacritatis. Nam ut puellæ indicaret alacritatem, non simpliciter dixit, eam abiisse et annuntiasse quæ facta fuerant, sed cucurrisset, hoc est, magno cum gaudio (Cap. 29. v. 12). Deinde et de Laban, qui pater illius erat, dicit, quod auditis his a virgine, cucurrerit et ipse in occursum Jacob, et osculatus sit eum, et induxerit in domum suam (Ibid. v. 13).

2. Postquam autem Laban omnia diligenter didicit ab eo, 14. Dixit, inquit, ei: *Ex ossibus meis et ex carne mea es tu (Cap. 29).* Sororis, inquit, meæ cum





τῆς ἐμῆς τυγχάνων υἱός, οὐδὲν ἕτερον, ἢ σὰρξ ἡμῶν τυγχάνεις, καὶ ἀδελφός ἡμέτερος. Καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ, φησί, μῆνα ἡμερῶν. Λοιπὸν ὡς ἐν οἰκίᾳ ἰδίᾳ, οὕτω διήγειν ὁ δίκαιος, ἐν ἀδείᾳ τυγχάνων καὶ πάσης ἀπληλαγμένος φροντίδος. Ἄλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ἦν ὁ τὰ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομῶν τῷ δικαίῳ τούτῳ, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ τὴν παρ' ἑαυτοῦ συνεργίαν χαριζόμενος, οὗτος καὶ τοῦ Λάβαν τὴν προθυμίαν διήγειρε, καὶ ὄρων τοῦ ἀνδρός τὴν ἐπιείκειαν, φησί πρὸς αὐτὸν·

[535] *Ὅτι γὰρ ἀδελφός μου εἶ σὺ, οὐ δουλεύσεις μοι δωρεάν· ἀπάγγειλόν μοι, τίς ὁ μισθός σου ἐστίν.* Ὅρα πῶς μὲν αὐτὸς ἐπεζητήσεν οὐδὲν, ὁ δὲ Λάβαν μόνον ἀφ' ἑαυτοῦ τούτο προτίθησι τῷ δικαίῳ. Καὶ σκόπει μοι πῶς, ἐπειδὴν ὑπὸ τῆς ἄνωθεν χειρὸς τις βοηθῆται, πάντα αὐτῷ κατὰ βούλην πρόεισιν. Οὐ δουλεύσεις μοι, φησί, *δωρεάν· ἀπάγγειλόν μοι, τίς ὁ μισθός σου ἐστίν.* Καίτοι ἀγαπητῶς εἶχεν ὁ μακάριος οὗτος, καὶ τὸ ἀπλῶς τῆς ἐφημέρου τροφῆς ἀπολαύειν, καὶ πολλὴν καὶ ὑπὲρ τούτου ἠθέλεν αὐτῷ χάριν ἔχειν· ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς πολλὴν τὴν ἐπιείκειαν ἐπεδείξατο, προλαβὼν ὁ Λάβαν μισθὸν αὐτῷ τελέσειν ὑπισχνεῖται, ὃν ἂν αὐτὸς προθῆ. Τί οὖν ὁ δίκαιος; Ὅρα μοι καὶ ἐνταῦθα τῆς συνέσεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, καὶ πῶς οὐδεμίαν ἔχει περὶ χρημάτων συλλογὴν ἐπιθυμίαν, οὐδὲ καθάπερ μισθωτός τις ἀκριβοῦσθαι πρὸς τὸν Λάβαν, καὶ ἕτερόν τι ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ μεμνημένος τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς οἰκείας σωφροσύνης δεικνύς τὴν ὑπερβολὴν, φησί πρὸς τὸν Λάβαν· *Δουλεύσω σοι ἑπτὰ ἔτη περὶ Ραχήλ τῆς θυγατρὸς σου τῆς νεωτέρας.* Ταύτην γὰρ ἐξ ἀρχῆς θεασάμενος ἐπὶ τοῦ φρέατος, ἠγάπησα. Καὶ ὄρα εὐγνωμοσύνην ἀνδρός. Ἐαυτῷ καὶ τὸν χρόνον ὀρίζει, καὶ διὰ τοῦ χρόνου τῶν ἐτῶν ἱκανὴν βάσανον τῆς οἰκείας σωφροσύνης παρέχει. Καὶ τί θαυμάζεις, ἀγαπητέ, ἀκούων ὅτι ἑπτὰ ἔτη δουλεύειν ὑπέσχετο ὑπὲρ τῆς ἀγαπωμένης κόρης; Ἴνα γὰρ δείξῃ ἢ θεία Γραφή, ὅπως ὁ πόθος ὁ πολὺς ἐπετέμετο καὶ τὸν κάματον αὐτῷ καὶ τοῦ χρόνου τὸ μῆκος, φησί· *Καὶ ἔδουλεύσεν Ἰακώβ περὶ Ραχήλ ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἦσαν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς ἡμέραι ὀλίγαι, παρὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν αὐτήν.* Ὁ τῶν ἑπτὰ, φησὶν, ἐτῶν ἀριθμὸς ὀλίγαι ἡμέραι ἐνομίζοντο διὰ τὴν ἀγάπην τὴν ὑπερβάλλουσαν τὴν περὶ τὴν κόρην. Ὅταν γὰρ τριουθῆ τις τῷ πόθῳ τῆς ἀγάπης, οὐδὲν ὄρα τῶν δυσχερῶν, ἀλλ' ἄπερ ἂν ἢ κινδύνων μεστὰ, καὶ πολλῆς ἐτέρας ταλαιπωρίας, πάντα κούφως φέρει, πρὸς ἐν ὄρων μόνον, ὥστε τὸν οἰκείον ἀποπληρῶσαι πόθον.

Ἀκούωμεν οἱ ῥάθυμοι καὶ ἀναπεπτωκότες, οἱ πολλὴν περὶ τὸν Δεσπότην ἀγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενοι. Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος οὗτος διὰ τὸν τῆς κόρης πόθον ἑπτὰ ἐτῶν ἀριθμὸν δουλεύσαι κατεδέξατο, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ποιμενικῆς ταλαιπωρίαν ὑπομεῖναι, καὶ οὐδὲ αἰσθησὶν ἐλάμβανεν οὐ τῶν πόνων, οὐ τοῦ μήκους τοῦ χρόνου, ἀλλὰ πάντα αὐτῷ κούφα καὶ ῥάδια ἐφαίνετο, καὶ τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἀπολαύσεως τρεφόμενος, ὡς ἡμέρας ὀλίγας τὸν πολὺν ἐκείνου εἶναι χρόνον ἐνόμιζε· ποῖαν ἡμεῖς ἔξομεν ἀπολογίαν μηδὲ τὸν ὅμοιον πόθον περὶ τὸν Δεσπότην τὸν ἡμέτερον, τὸν εὐεργέτην, τὸν κηδεμόνα, τὸν πάντα ἡμῖν γινόμενον ἐπιδεικνύμενοι; Ἄλλ' ἂν μὲν βιωτικὸν κέρδος πρόκειται, πάντα προθύμως ὑπομένειν αἰρούμεθα, καὶ κἀν κάματον ἔχη, καὶ ἄλλην τινὰ ταλαιπωρίαν, καὶ κἀν κίχνην, καὶ κἀν κόλασιν τὴν ἐν τῷ παρόντι, τὴν ἐν τῷ μέλλοντι· διὰ δὲ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν ἄνωθεν ἐπιστάσασθαι ῥοπὴν, χαῦνοι καὶ ἀναπεπτωκότες καὶ δια-

λελυμένοι φαινόμεθα. Καὶ ποῖα ἡμῖν ἔσται συγγνώμη, τίς δὲ ἀπολογία οὕτω ῥαθύμως διακειμένοις, καὶ οὐδὲ ὅσον ὁ μακάριος οὗτος περὶ κόρην τὸν πόθον ἐπεδείξατο, τοσαύτην ἀγάπην περὶ τὸν Θεὸν ἐπιδείξασθαι βουλομένοις, καὶ ταῦτα τοσαύτας ἔχοντες ἀριθμεῖν εὐεργεσίας εἰς ἡμᾶς γεγενημένας, καὶ καθ' ἑκάστην [534] ἡμέραν γινόμενας; Ἄλλ' εἰ καὶ ἡμεῖς οὕτως ἀγνώμονες, ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος οὕτως, ὁ τοσοῦτον ζέων τῷ πνεύματι, καὶ πεπυρωμένος εἰς τὸν περὶ τὸν Θεὸν πόθον, ὡς ἐκεῖνα τὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἄξια φθέγγασθαι ῥήματα καὶ ἀναβοῆσαι, καὶ εἰπεῖν· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ;* Ὅρα λέξεως ἔμφασιν· ὄρα πόθου τυραννικοῦ μανίαν· ὄρα ἀγάπην πεπυρωμένην. *Τίς ἡμᾶς χωρίσει;* Τί, φησὶν, ἐστίν, ὃ δύναται τῆς ἀγάπης ἡμᾶς ἀποστερησαι τῆς πρὸς τὸν Θεόν; τί τῶν ὀρωμένων, τί τῶν μὴ ὀρωμένων;

γ'. Εἶτα βουλόμενος καὶ κατ' εἶδος ἅπαντα ἀπαριθμήσασθαι, καὶ πᾶσιν ἡμῖν κατάδηλον ποιήσασθαι τὸν πόθον τὸν ἀκάθεκτον, ὃν περὶ τὸν Δεσπότην ἐκέκτητο, ἐπήγαγε λέγων· *Θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμός, ἢ διωγμός, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα;* Ὡς ψυχῆς μαινομένης μανίαν σωφροσύνης μητέρα! Τί, φησὶ, τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν δυνήσεται ἡμᾶς ἀποστήσαι τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης; Αἱ θλίψεις αἱ καθημεριναί; Οὐδαμῶς. Ἄλλ' αἱ στενοχωρίαι; Οὐδὲ αὗται. Ἄλλ' οἱ διωγμοί; Οὐδ' ὅλως. Ἄλλὰ τί; λιμός; Οὐδὲ τοῦτο. Ἄλλὰ κίνδυνοι; Καὶ τί λέγω λιμὸν καὶ γυμνότητα καὶ κινδύνους; ἀλλὰ μάχαιρα; Αὐτὸς, φησὶν, ὁ θάνατος ἐπαγόμενος τοῦτο ἰσχύσαι οὐ δυνήσεται· ἀμήχανον γὰρ καὶ πάντα ἀδύνατον. Οὐδεὶς ἕτερος οὕτως ἀγαπήσας κατηξιώθη τὸν Δεσπότην, ὡς ἡ μακαρία αὕτη ψυχὴ. Καθάπερ γὰρ ἀπαλλαγὴς τοῦ σώματος, καὶ μετάρσιος, ὡς εἰπεῖν, γεγονώς, καὶ οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς βαδίζειν νομίζων, οὕτως ἅπαντα φθέγγεται. Ὁ γὰρ περὶ τὸν Θεὸν πόθος, καὶ ἡ πεπυρωμένη ἀγάπη μετέστησεν αὐτοῦ τὸν λογισμὸν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων ἐπὶ τὰ μέλλοντα, καὶ ἀπὸ τῶν βλεπομένων ἐπὶ τὰ μὴ ὀρώμενα. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις, καὶ ἡ περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπη. Καὶ ἵνα μάθης αὐτοῦ τὴν πολλὴν εὐγνωμοσύνην, ὄρα τὸν οὕτως ἀγαπῶντα τὸν Δεσπότην, καὶ ἐκκαίόμενον εἰς τὸν περὶ αὐτὸν πόθον, ἐλαυνόμενον, διωκόμενον, μαστιζόμενον, μυρία θεινὰ ὑπομένοντα, καὶ λέγοντα· *Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις· ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον· τρις ἐρραβδίσθην· ἅπαιξ ἐλιθάσθην· νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, ὄδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνους ποταμῶν, κινδύνους ἐν ψευδιδέλφοις, ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ· καὶ τοσαῦτα πάσχων ἔχαιρε καὶ ἠγαλλιᾶτο.* Ἦδει γὰρ καὶ ἐπεπληροφόρητο, ὅτι οἱ πρὸς τὸ παρὸν πόνοι τῶν μεγίστων αὐτῷ βραδείων πρόξενοι γίνονται, καὶ οἱ κίνδυνοι στεφάνους ἔτικτον. Εἰ γὰρ ὁ Ἰακώβ διὰ τὸν περὶ τὴν Ραχήλ πόθον ὡς ἡμέρας ὀλίγας τῶν ἑπτὰ ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν ἐνόμιζε, πολλῷ μᾶλλον ὁ μακάριος οὗτος οὐδὲν ἅπαντα ἠγεῖτο, πυρωθεὶς ὑπὲρ τῷ περὶ τὸν Θεὸν πόθῳ, καὶ διὰ τὸν ἀγαπώμενον Χριστὸν ἅπαντα ὑπομένων. Σπουδάσωμεν τυίνυν, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσαι τὸν Χριστόν. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον, φησὶν, ὁ Χριστὸς ζητεῖ παρὰ σοῦ, ἢ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν [535] ἐξ ὅλης τῆς καρδίας,

sis filius, nihil aliud quam caro nostra es et frater noster. *Et erat cum eo, inquit, ad mensem dierum.* Dein quasi in domo propria apud eum impavide et ab omni cura liber agebat. Cæterum quoniam Deus erat, qui omnia ad utilitatem hujus justis dispensabat, et in omnibus ei suam præbebat cooperationem, ipse alacritatem Laban excitavit: et videns viri mansuetudinem, dicit ei: 15. *Quoniam enim frater meus es tu, non servies mihi gratis: dic mihi, quæ merces tua sit.* Vide quomodo ipse quidem petebat nihil, Laban autem a se hoc proponit justo. Et atende, obsecro, quomodo cui divina manus assistit, ei omnia feliciter succedant. *Non servies mihi, inquit, gratis: indica mihi quæ merces tua sit.* Quamvis beatus ille magnæ caritatis loco haberet vel simpliciter quotidiano alimento frui, multamque pro eo gratiam redderet: verum quia miram humanitatem præ se ferebat, ideo Laban mercedem ei pollicetur, quam ipse proposuerit. Quid igitur justus? Vide, obsecro, et hic excellentem ejus sagacitatem, et quomodo nullam congregandarum opum habuerit curam. Non enim sicut mercenarius aliquis cum Laban convenit, et operam suam exquisitiore mercede locat, et aliud quid petit: sed memor matris et præceptorum patris, et mirificam continentiam præ se ferens, dicit Labano: 18. *Servitiam tibi septem annis pro Rachel filia tua juniore.* Hanc enim mox ut apud fontem vidi, amavi. Et vide benevolentiam viri. Sibiipsi et tempus præscribit, et tanto tempore sufficiens argumentum suæ continentiae præbet. Et quid admiraris, dilecte, audiens eum septem annis se servituum promiisse pro dilecta puella? Ut enim ostendat nobis Scriptura, quomodo amor magnus et laborem et temporis longitudinem succidit, et ut breve videretur effecit, dicit: 20. *Et servivit Jacob pro Rachel annis septem, et erant eorum eo quasi dies pauci, eo quod ipse illam diligeret.* Septem, inquit, anni, pauci dies videbantur ob ingentem erga puellam amorem. Quando enim quis sauciatur caritatis desiderio, nihil difficile spectat: sed id quod fuerit plenum periculis et multa miseria, leviter fert, ad hoc unum respiciens, quomodo suo potiatur voto et desiderio.

*Moralis epilogus.* Amor Jacobi erga Rachel indifferentiam nostram erga Deum redarguit. Quomodo Paulus dilexit Deum; ipsum imitari suos auditores hortatur. — Audiamus nos ignavi et supini, ingrati erga Deum animum exhibentes. Nam si justus ille propter puellæ amorem septennium servire ferreque pastoralium laborum ærumnas decrevit, et non sensit vel labores, vel temporis longitudinem, sed omnia ei levia et facilia videbantur, expectationeque et spe fruendi fultus, ita ut dies paucos longum illud tempus putaret: qualem nos habebimus excusationem, qui non pari studio erga Dominum nostrum et benefactorem et curatorem, et qui nobis sit omnia, afficimur? Sed ubi proponitur lucrum temporale, omnia alacriter sustinere volumus, etiamsi quid laboriosum sit, et velle ærumnosum et sordidum, et pœnam in præse di et futuro sæculo præbens: propter nostram autem

salutem, et ut superannu nobis favorem conciliemus, remissi et supini et dissoluti videmur. Et qualis nobis erit venia, qualisve excusatio sic negligentiae deditis, qui neque quantum beatus ille in puellam declaravit amorem, tantam in Deum caritatem habemus: idque cum tanta possimus numerare beneficia in nos collocata, et quæ quotidie collocantur? Sed etsi nos tam ingrati sumus, non ita certe beatus Paulus, qui tam fervebat et ignis erat caritate in Deum, ut verba illa tanto animo digna loqueretur et clamaret, dicens: *Quis nos separabit a charitate Christi?* Vide dictionis emphasis, et latentem vim: vide amoris violenti fervorem, vide caritatem incensam. *Quis nos separabit (Rom. 8. 35)?* Quid, inquit, est, quod possit nos a charitate Dei separare? quid inter visibilia<sup>1</sup>, quid inter invisibilia?

3. Deinde volens et particulatim omnia enumerare, et omnibus nobis manifestum facere insuperabile desiderium quod erga Dominum possidebat, subdidit dicens: *Tribulatio? an angustia? an fames? an persecutio? an nuditas? an periculum? an gladius?* O animam, insania, quæ continentiam ter est, furentem! Quid, inquit, ex iis quæ nobis inferri possunt, nos avocare a caritate quæ est in Deum poterit? Afflictiones quotidiane? Minime. Angustiae? Neque illæ. Num persecutiones? Neque illæ. Sed quid? num fames? num nuditas? num pericula? Verum quid dico famem, et nuditatem, et pericula? num gladius? Ne mors quidem ipsa, si infligatur, hoc poterit efficere: id enim prorsus impossibile est. Nullus alius sic dignatus est diligere Dominum, ut beata illa anima. Quasi enim liberatus a corpore, et sublimis factus, ut sic dicam, neque super terram ambulare se putans, ita loquitur. Amor enim in Deum et succensa caritas mentem ejus a sensibilibus ad spiritualia transtulit, et a presentibus ad futura, et a visibilibus ad non visibilia. Talis enim res est fides et caritas in Deum. Et ut discas magnum ejus cordis affectum, vide eum qui sic Dominum dilexit, et in ejus caritatem exarsit, fugari, persecutionem pati, flagellari, innumera gravia ferre, et dicere: *In laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter: a Judæis quinquies quadragenas una minus accepi: ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis in falsis fratribus, in labore et ærumna (2. Cor. 11. 23-27):* et talia patiens, gaudebat et exultabat. Sciebat enim, et argumentis multis certus erat, labores præsentis maxima sibi præmia conciliare, et pericula coronas parere. Nam si Jacob propter amorem in Rachel quasi paucos dies septennium putabat, multo magis beatus ille omnia nihili faciebat, successus semel amore in Deum, et propter Christum dilectum omnia ferens. Studeamus igitur, obsecro, et nos diligere Christum. Nihil enim aliud, inquit, Christus

<sup>1</sup> Sic duo Mss., atque ita legit vetus Interpres. In Editis hæc, *quid inter visibilia* (τί τῶν ὁρατῶν), debent habere: sed ea series postulat.

requirit a te, quam ut ipsum diligas ex toto corde, et laetas mandata ejus (*Marc. 12. 30*). Qui enim diligit sicut oportet Deum, manifestum quod et mandata ejus implere nitatur. Quando enim quis erga aliquem fraterne afficitur, omnia facere studet, ut dilectum attrahere possit in amorem suum. Et nos quoque si Dominum sincere dilexerimus, mandata ejus implere, nihilque eorum, quæ exacerbare poterunt dilectum, facere studebimus. Hoc fuerit regnum cælorum, hoc bonorum fruitio; hoc infinita bona continet, si germane et sicut oportet eum dilexeris: illum autem sincere diligimus, si propter caritatem in eum, et erga conservos multam exhibeamus dilectionem. *In his enim duobus mandatis, inquit, universa lex et prophetæ pendunt (Matth. 22. 40)*: nempe ut diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota mente tua, et ex omnibus viribus tuis; et proximum tuum sicut teipsum (*Marc. 12. 30. 31*) Hæc omnium virtutum summa, hoc fundamentum. Simul enim cum caritate in Deum ingreditur dilectio proximi. Nam qui Deum diligit, non despiciet fratrem, neque opes pluris, quam membrum suum, faciet, sed magnam præ se feret benignitatem, memor ejus qui dixit: *Qui fecerit aliquid uni horum minimorum, mihi fecerit (Matth. 25. 40)*. Et cogitans, propter ministerium in conservum Deum ipsum esse qui ut sibi præstitum officium adscribat, magna cum alacritate omnia operabitur, magnamque liberalitatem exhibebit circa eleemosynam, non ad vilitatem respiciens pauperis qui apparet, sed ad magnitudinem ejus qui promisit se habiturum perinde ac si sibi facta essent, quæcumque illi facta fuerint. Ne igitur prætereamus simpliciter, oro, lucrum nostrarum animarum et remedium nostrorum vulnerum. Hoc enim, hoc maximum pharmacum ita curabit et abolebit ulcera animarum nostrarum, ut neque vestigium neque cicatrix aliqua apparitura sit: id quod in corporis vulneribus non est possibile. Nam licet quis millies cataplasmata accepta a medicis superponat, necesse est cicatricem in corpore manere; et merito: corpus enim est quod curatur. Hic autem quia anima est quæ curatur, quando quis bonam suam voluntatem declarat, multam in melius mutationem recipit: et sic omnia ulcera depellit, ut ventus vehemens pulverem deturbat. Atque horum omnium exemplis plenæ sunt Scripturæ. Ita Paulus apostolus factus est ex persecutore, et qui prius impugnabat Ecclesiam, postea factus est ejus pronubus.

4. *Brevi tempore potest delictorum remissio impetrari. Eleemosynæ magnitudo.* — Vidisti quanta rerum vicissitudo? vidisti quanta transmutatio? Sic et Iatro, qui multa fecerat homicidia, in uno temporis puncto, propter pauca illa verba ita omnia abluit peccata, ut audiret a Domino: *Hodie mecum eris in paradiso (Luc. 23. 43)*. Sic et publicanus, qui percusserat pecus, et sua peccata confessus erat, descendit justificatus magis, quam Phariseus (*Id. 18. 13*). Verum omnes hi animæ suæ bonum affectum declararunt, et priora confessi peccata, remissionem obtinere. Videamus autem et hujus mandati robor, et quantam

abundantiæ vini possideat larga eleemosyna, ut cum didicerimus lucrum quod inde nascitur, alacriter eam largiamur. Forte enim tanta ejus est potestas, ut non solum peccata purgare, sed et mortem fugare valeat. Et quomodo, ego dicam. Et quis, dicet aliquis, eleemosynam faciens, superior morte factus est? Sane omnes videmur sub mortis tyrannidem venisse. Ne turberis, dilecte, sed rebus ipsis disce quomodo eleemosynæ vis et mortis vicit tyrannidem. Tabitha erat mulier, cujus nomen si quis interpretatur, dicitur Dorcas: hæc quotidie dabat operam, ut colligeret ex eleemosyna divitias. Et vestiebat, inquit, viduas, et alios omnes sumptus eis præbebat. Factum est autem ut infirmata ipsa moreretur. Sed vide quomodo hæc quæ ab illa curabantur, et quas vestiebat, beneficam opportune remunerarint. Stantes circa apostolum, monstrabant, inquit, ei vestes, et cuncta quæ faciebat, cum adhuc in humanis ageret Dorcas: et alumnam requirebant, lacrymas profundebant, et ad magnam miserationem apostolum provocabant. Quid igitur beatus Petrus? *Genibus positus, inquit, oravit: et conversus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. Illa autem aperuit oculos suos, et ut vidi: Petrum, recessit. Dato autem ei manu, erexit eam: et accersitis sanctis et viduis, commendavit illis eam vivam (Act. 9. 40)*. Vidisti virtutem apostoli, imo operantis per eum Domini? vidisti quanta retributio beneficentiæ in viduas, etiam in presenti? Quid enim tantum, quæso, præbuit illa viduis, quantum illæ ei rependerunt? Vestes præbuit et alimenta, sed illæ ad vitam hanc reduxerunt; et mortem ab ea fugarunt: imo non illæ, sed clemens Dominus noster propter curam quam illis impenderat. Vidistis pharmaci potentiam, dilectissimi? Hoc omnes nobisipsis paremus: neque enim sumptuosum est, quamvis tantæ sit virtutis, sed et vili emitur, nec multo sumptu indiget. Magnitudo enim eleemosynæ non in multitudine pecuniarum vel opum sita est, sed ex alacritate dantium judicatur (*Matth. 10. 42*). Propter hoc et qui potum aquæ frigidæ dedit, acceptus est, necnon ea quæ duo minuta in carbonem misit (*Luc. 21. 2*), ut discamus, ubique rectam mentem requiri ab universorum Domino. Fieri potest ut qui parum habet, magnam præ se ferat liberalitatem, si magna valet alacritate: et qui multa possidet, minor videatur iis qui parum habent, propter sordidi animi tenacitatem. Effundamus igitur, quæso, facultates nostras in egenos mente liberali, ex iis quæ nobis Dominus dedit: et quæ ab eo data sunt, ipsi iterum demus, ut sic iterum nostra cum lucro fiant. Tanta enim ejus est liberalitas, ut licet accipiat de iis quæ ipse dedit, non putet tamen propria se accipere, sed magna munificentia nobis ea redditurum se pollicetur; tantum si nos quæ nostra sunt facere velimus, et sic pauperibus erogemus, quasi deponentes ea in manus Domini: scientes quæcumque acceperit manus illa, ea non solum reddituram, sed multiplicata nobis iterum largituram, suæ liberalitatis gloriam declarantem. Et quid assero, ea reddere multiplicata? Manus illa non ea so-





lum reddit, sed cum illis regnum cælorum donat, et celebrat, atque coronat, innumeraque bona largitur, modo ex iis quæ ab ipso data sunt parvum quiddam inferre voluerimus. Num grave aliquid et onerosum a nobis requirit? Ea quæ abundant et supervacanea sunt nobis, necessaria nobis facere vult: et quæ frustra et in vanum in promptuariis reposita sunt, ea vult a nobis bene distribui, ut occasione accepta hinc, nos splendide coronet. Festinat enim et urget, atque omnia facit et molitur, ut dignos nos reddat iis quæ ille promisit.

5. *Elcemosyna commendatur.* — Ne igitur, quæso, nosipsos privemus tantis bonis. Nam si laboriosi agricolæ penum suam evacuanti, et semina terræ concredunt, et olim collecta dispergunt, idque cum voluptate faciunt, spe majora recipiendi se solantes: et quamvis scient sæpe peris intemperiem, nonnumquam et terræ sterilitatem aliaque multa accidentia, ut locustarum exercitum<sup>1</sup>, et rubiginis incursum, expectationem suam fecelisse; attamen bona spe sese alentes, ea quæ in promptuariis collecta sunt, terræ concredunt: multo magis nos quæ absque usu recondita sunt, dispergere in pauperum usus et educationem convenit, ubi numquam spes eluditur, neque timenda aliqua terræ sterilitas. Dicit enim: *Dispersit, dedit pauperibus.* Sed audi etiam quæ sequuntur: *Justitia ejus manet in sæculum sæculi (Psal. 111. 9).* O mirabilem sementem! Brevi tempore distribuit, et in perpetua sæcula justitia ejus permanet. Quid hoc beatius unquam fuerit? Idcirco oro, ut justitiam quæ ex elcemosyna est nobis acquiramus, ut et de nobis dicatur: *Disperserunt, dederunt pauperibus, justitia eorum manet in sæculum sæculi.* Postquam enim dixit, *Dispersit, dedit,* ne putes dispersa periisse, ideo statim subdidit: *Justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Illis, inquit, dispersis, justitia maneat inexpugnabilis, et in omne sæculum se extendat numquam finem habitura. Atque cum elcemosyna etiam alias virtutes diligenter curemus, et affectiones carnis reprimamus, et eliminemus ex anima omnem illicitam concupiscentiam, omnem malam cogitationem, iram, indignationem, invidiam; et ornemus omnibus modis animæ pulchritudinem, ut claritate pulchritudinis ejus conciliemus nobis cælorum Dominum, et apud nos habitare dignetur. Nam ubi viderit animæ venustatem, statim adveniet. Dixit enim: *Super quem alium respiciam quam super mansuetum et quietum et humilem, et tementem sermones meos (Isai. 66. 2)?* Vidisti quomodo nos docuit omnes spirituales colores, quibus animæ pulchritudo potest decorari? *Super mansuetum, inquit, et quietum, et humilem.* Deinde quod hæc omnia efficit addidit: *Et tementem sermones meos.* Quid est, *Tementem sermones meos?* Obedientiam Dei mandatis per ipsa opera implentem, quod et alibi dicit: *Beatus qui timet omnia propter pietatem (Prov. 28. 14)* Nam si nos, cum videmus famulum qui mandata nostra cum diligentia timoreque multo ac tremore im-

plere curat, majorem erga illum declaramus benevolentiam et commiserationem: multo magis bonus Dominus erga nos id declarabit. Propter hoc dicebat: *Super illum respiciam mansuetum et quietum, et tementem sermones meos.* Tremamus igitur, oro, et cum magno timore sermones ejus impleamus; nam ejus sunt sermones nobis ab illo tradita mandata: et cum didicerimus quæ illi placent, et quæ probat, ea obeamus, et tales fieri studeamus; quietem, mansuetudinem, humilitatem magnam exhibeamus, et omnia quæ ab eo mandata sunt cum reverentia et timore adimpleamus: ut cum approbarit affectum mentis nostræ, placatus nostra obedientia, respicere etiam super nos dignetur. Quod si nobis continget, erimus per omnia securi: dicit enim, *Respiciam,* hoc est, Providentia mea dignabor, manum porrigam, in omnibus auxiliator ero, ubertim in eum meam liberalitatem profundam. Hæc igitur omnia faciamus, obsecro, ut respiciat super nos Dominus, quo et præsentem vitam absque tristitia transigamus, et futura bona consequi possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA LVI.

*Dixit autem Jacob ad Laban: Da mihi uxorem meam: impleti sunt enim dies, ut ingrediar ad eam (Gen. 29. 21).*

1. Heri a dilectione Jacob, quam erga Rachelem exhibuit, ad Pauli caritatem et magnitudinem amoris, quem erga Christum gerebat, transeuntes, quasi ab impetuoso quodam torrente rapti, non potuimus ad seriem et contextum sermonis regredi. Ideo, si placet, hodie sequentia aggressi, ea quæ tunc relicta sunt impleamus: ut ex iis quæ hodie dicuntur percepta utilitate aliqua, domum repetamus. Igitur postquam impletus est septem annorum numerus, 20. *Et fuerunt, inquit, coram Jacob quasi dies pauci tot anni ob amoris vehementiam, 21. dixit ad Laban: Da mihi uxorem meam: impleti enim sunt dies mei, ut ingrediar ad eam. 22. Congregavit autem Laban omnes viros loci, et fecit nuptias. 23. Et factum est vespere, et accepit Laban Liam filiam suam, introduxitque eam ad Jacob.*

*In satanicas nuptiarum pompas invehitur.* — Vidisti cum quanta olim honestate nuptias egerint? Audite qui satanicas pompas admiramini, et statim ab initio nuptiarum honestatem dedecore afficitis. Num tunc tibie? num tunc cymbala? num tunc choreæ diabolicæ? Quare enim, dic mihi, tantum statim ab initio damnum inducis in domum tuam, et eos qui in scenis et orchestris operam locant vocas, ut cum intempestivo sumptu virginis lædas continentiam, et juvenem impudentiorem facias? Optabile enim et arduum erat, absque illis fomitibus illam ætatem potuisse moderate ferre tempestatem affectionum: cum autem et hæc accedant, tam quæ videntur, quam quæ audiuntur, dum majus accenditur incendium, et feruax concupiscentiarum magis inflammat, quo-

<sup>1</sup> Vox, exercitum (στρατόπεδον), deest in quibusdam Mss.

modo non pessum it adolescentis anima? Hinc enim omnia pereunt et corrumpuntur: quia ab initio castitas eorum qui inter se conventuri sunt oppugnatur, et sæpe primo die juvenis, oculis videns incontinentibus, toto diabolico in anima vulneratur: et puella per ea quæ audit et videt captiva fit, et ab eo die postea crescunt vulnera, majusque fit malum. Etenim illinc statim et mutuam concordiam dilacerant, et amorem debilitant. Quando enim ille mentem ad aliam vertit, hinc et inde dividens animum, a diabolo ipso ductus, multa amaritudine domum implet. Quod si et illa comperitur ita affecta esse, ex ipsis fundamentis omnia, ut ita dicam, subvertuntur: postea alter ab altero occultatur, et ille quidem suspiciose observat uxorem, et similiter illa virum. Atque ubi oportebat concordiam esse et copulam, quippe debebant esse caro una (*Erunt enim, inquit, duo in carnem unam [Gen. 2. 24]*), hi in tanta vivunt dissensione, quasi sejuncti essent. Diabolus enim subingressus tantam in eis perniciem operatur, ut quotidianæ pugnæ inter eos nascantur et a malis numquam habeant quietem. Quid enim quis dixerit quomodo postea a famulis contemnantur, quomodo a vicinis rideantur, quam fœda operentur? Nam sicut quando gubernatores inter se dissident, etiam qui navi vehuntur, una periclitantur, ac timent ne cum navi submergantur: ita et hic, si discordes sint vir et mulier, consequens est omnes qui apud illos sunt participes esse malorum. Propterea oro ut hæc omnia prævidentes, consuetudinem ne sectemini. Scio enim multos receptum morem obtendere, neque patienter ferre ut hæc a nobis dicantur: at tamen necesse est ut nos utilia dicamus, et quæ illos a futuro supplicio liberent. Ubi enim tantum animæ damnum, qua de causa mihi consuetudinem prætexere audes? Ecce enim et ego tibi consuetudinem meliorem objicio, quæ apud veteres erat, quando nondum tanta piæ religionis erat agnitio. Et ne justum hic Jacob tantum cogites, sed et Laban adhuc idolorum cultui deditum, nec vel minimam veræ religionis notitiam habentem, et tamen tantam præ se ferentem philosophiam. Neque enim hæc honestas ejus erat, qui ducturus puellam, sed patris eam tradentis. Ideo et illum feci sermonem, non ad sponsos tantum spectans quantum ad parentes, et ad patrem qui virginem locat. Quomodo enim non absurdum, si nos qui tantam accepimus misericordiam, et tam terribilium ineffabilemque sacramentorum participes sumus, hæc in re inferiores simus Labano, qui cultui idolorum adhuc erat deditus? Annon audis Paulum dicentem sacramentum esse nuptias et imaginem dilectionis Christi, quam erga Ecclesiam exhibuit (*Ephes. 5. 32*)? Ne igitur confundamus nos ipsos, et honestatem nuptiarum corrumpamus. Nam si quidem bonum et utile fuerit consilium, etiamsi non sit consuetudo, fiat: sin damnosum et perniciosum est id quod a vobis efficitur, etiamsi consuetudo sit, rejiciatur. Nam si hoc admiserimus, et fur, et adulter, et quantumvis malus alius, consuetudinem obtendet: at nullum hinc illis lucrum est vel venia,

sed major potius accusatio, quod malam consuetudinem superare non valuerint.

2. Si enim voluerimus vigilare, et curam habere nostræ salutis, possumus et a mala consuetudine desistere, et in bonam consuetudinem nos reducere: sicque posteris nostris non parvam dabimus occasionem eadem imitandi, et accipiemus etiam nos mercedem eorum quæ ab iis aguntur. Nam qui initium bonæ viæ præbuit, hic auctor est eorum quæ et ab aliis recte fiunt, et duplicem recipiet mercedem, tam pro iis quæ ipse recte facit, quam quibus alios in optimam illam inducit philosophiam. Ne prætexatis, obsecro, frigida et ridicula verba hæc, dicentes legitima quædam esse hæc, et propterea impleri oportere. Non enim hæc legitimum faciunt conjugium, sed si secundum leges Dei cum castitate et honestate fiat conventus, et si concordia magna cohæreant ii qui conveniunt. Noverunt hoc etiam externæ leges: et audies eos, qui his studuerunt, dicere, conjugium nihil aliud constituere quam consuetudinem. Ne igitur divinas leges cum humanis transgrediamur, nec præferamus diabolicas leges et perniciosam hanc consuetudinem: illius enim lex sunt hæc, qui gaudet de interitu nostro. Quid igitur hac consuetudine magis ridiculum, quando vir et uxor innumeris conviciis et scommatis a servis nulliusque pretii hominibus incessuntur, ac nemo est qui increpet: sed licet cuivis volenti ad vesperam omnia loqui, et convicia jaccere in sponsum et sponsam? Et in alio die si quis conaretur ita salibus mordere, periclitaretur, ad tribunal abduceretur et puniretur: tunc autem quando plurimam oportebat esse reverentiam, majoremque honestatem et castitatem, tanta obscœnitate implentur omnia illa, ut probabile sit diabolo duce hæc omnia inventa esse. Verum ne ægre feratis, oro: non enim absque causa in hunc sermonem digressi sumus, sed curam habens vestræ salutis et honestatis, vellem optimam hanc mutationem fieri, vosque optimæ hujus consuetudinis esse duces. Nam si solum principium et via fiat operis, paulatim uno alterum laudabili hac æmulatione æmulante, omnes laudatores habebitis: et non tantum qui civitatem incolunt, imitabuntur optimam hanc innovationem, sed et eos qui procul habitant conciliabitis, et imitatores vestros constituetis: atque insuper longe ampliorem a Deo reportabitis coronam, quod propter Dei timorem et ejus mandatum diabolicam hanc superaveritis consuetudinem. Sed quod suscepturi sitis magna alacritate hoc nostrum consilium, et opere impleturi, valde confido. Videns enim vos magna cum voluptate audire ea quæ dicuntur, id ex applausu et laudibus conjecto, vos etiam operibus idem ipsum comprobaturus esse. Propterea contentus dictis, ad contextus seriem regrediar. *Et facta est, inquit, vespera, et accepit Laban Liam filiam suam, et introduxit eam ad Jacob.*

*Quomodo a Labano deceptus fuerit Jacob; ejus simplicitas.* — Ne obiter etiam hoc prætereamus: nam hic quoque multa considerari possunt: primum simplicitas Jacob, et quomodo ab omni malitia alienus



ἀκοῆς θαψιλιστέραν ἀνάπτοντα τὴν πυρᾶν, καὶ τὴν κάμινον τῶν παθῶν φλογωδεστέραν ἐργαζόμενα, πῶς οὐχὶ ὑποβρύχιος ἢ τοῦ νέου ψυχὴ γενήσεται; Ἐντεῦθεν γὰρ ἅπαντα ἀπόλωλε καὶ διεφθάρται, ἀπὸ τοῦ τὴν σωφροσύνην ἐξ ἀρχῆς διερύττεσθαι τῶν μελλόντων ἀλλήλους συνιέναι· καὶ πολλάκις ἐκ πρώτης ἡμέρας καὶ ὁ νέος ἐδέξατο βέλος σατανικὸν ἐν τῇ ψυχῇ, ἀκολάστοις ἰδῶν ὀφθαλμοῖς, καὶ ἡ κόρη καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς καὶ διὰ τῆς βίψεως αἰχμάλωτος γέγονε, καὶ ταῦτα ἐξ ἐκείνης λοιπὸν τῆς ἡμέρας τὰ τραύματα ἀξανάμενα μείζον ἐργάζεται τὸ κακόν. Καὶ γὰρ πρῶτον μὲν τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ὁμόνοιαν διερύττει, καὶ τὸν πόθον καταμαραίνει. Ὅταν γὰρ πρὸς ἑτέραν ἐκεῖνος προσχῆ, τῇ διανοίᾳ, ὧδε κάκεισε μεριζόμενος τὸν λογισμὸν, καὶ ὑπὸ τοῦ διαβόλου αὐτοῦ στρατηγούμενος, πολλῆς ἀγρίας πληρώσει τὴν οἰκίαν. Εἰ δὲ κάκεινη εὐρεθῆι τοιοῦτόν τι παθοῦσα, ἐξ αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, τῶν βάθρων ἅπαντα ἀνατρέπεται, καὶ λοιπὸν ἀλλήλους κρύπτοντες, ὁ μὲν δι' ὑποψίας ἔχει τὴν γαμετὴν, ἡ δὲ τὸν ἄνδρα. Καὶ ἐνθα ἔχρῃν ὁμόνοιαν εἶναι καὶ σύνδεσμον, καὶ οἱ ὀφείλοντες σὰρξ εἶναι μία (*Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν*), οὗτοι [540] ἐν τῷ αὐτῷ διαίρεσει τυγχάνουσιν, ὡς εἰ καὶ κατατετμημένοι ἦσαν. Ἐπεισελθὼν γὰρ ὁ διάβολος τῷ αὐτῷ ἐργάζεται τὴν λύμην, ὡς πολέμους καὶ μάχας καθημερινὰς τίκτεσθαι, καὶ μηδέποτε ἀνάπαυαν ἔχειν τῶν κακῶν. Τί γὰρ ἂν τις εἴποι λοιπὸν τῶν οἰκετῶν τὰς καταφρονήσεις, τῶν πλησίον οἰκούντων τὸν γέλωτα, τὰς ἀσχημοσύνας; Καθάπερ γὰρ τῶν κυβερνητῶν στασιαζόντων, καὶ οἱ ἐμπλέοντες τῶν κινδύνων συναπολαύουσι, καὶ αὐτανδρον ἀνάγκη τὴν ναῦν καταποντισθῆναι· οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα, τοῦ ἀνδρός καὶ τῆς γυναίκος πρὸς ἀλλήλους διαστασιαζόντων, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας συναπολαύειν τῶν κακῶν εἰκός. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ, ταῦτα ἅπαντα προορωμένους, μὴ τῇ συνήθειᾳ κατακολουθεῖν. Οἶδα γὰρ ὅτι πολλοὶ ταύτην ἡμῖν προβαλλόμενοι οὐδὲ ἀνέχονται τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων· ἀλλ' ὁμως ἡμᾶς ἀνάγκη τὰ λυσιτελεῖ καὶ τὰ τῆς μελλούσης κολάσεως ἐξαρπάζοντα λέγειν. Ὅπου γὰρ λύμη τῷ αὐτῷ ψυχῆς, τίνας ἐνεκὲν μοι συνήθειαν βούλει προβάλλεσθαι; Ἴδου κάγω συνήθειάν σοι προβάλλομαι βελτίονα, ἢ οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐκέχρητο, ὅτε οὐδέπω τῷ αὐτῷ γνῶσις ἦν τῆς εὐσεβείας. Καὶ μὴ μοι τὸν δίκαιον ἐνταῦθα λογίζου, τὸν Ἰακώβ λέγω, ἀλλὰ τὸν Λάβαν ἐννοεῖ, ἄνδρα ἐτι τοῖς εἰδώλοις προσανέχοντα, καὶ οὐδεμίαν γνῶσιν ἔχοντα τῆς εὐσεβείας, καὶ τῷ αὐτῷ φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύμενον. Τοῦτο γὰρ οὐ τοῦ μέλλοντος ἦν ἀγεσθαι τὴν κόρην τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς τοῦ τὴν κόρην ἐκδιδόντος. Δι' ὃ καὶ τοῦτον ἐκίνησα τὸν λόγον, οὐχὶ πρὸς τοὺς νυμφίους τῷ αὐτῷ ἀποτείνόμενος, ὅσον πρὸς τοὺς γεγεννηκότας, πρὸς τὸν πατέρα τοῦ νυμφίου, καὶ πρὸς τὸν τὴν κόρην ἐκδιδόντα φημί. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον ἡμᾶς τοὺς τῷ αὐτῷ ἀπολαύσαντας φιλανθρωπίας, καὶ τῶν φρικτῶν καὶ ἀπορρήτων μυστηρίων ἀξιοθέοντας, ἐλάττους κατὰ τοῦτο γίνεσθαι τοῦ Λάβαν, τοῦ ἐτι εἰδῶλα θεραπεύοντος; Ἡ οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος, ὅτι μυστήριόν ἐστιν ὁ γάμος, καὶ εἰκὼν ἐστὶ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, ἣν περὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπεδείξατο; Μὴ τοίνυν κατασχύνωμεν ἑαυτοὺς, καὶ τὰ σεμνὰ τοῦ γάμου διαφθείρωμεν. Εἰ μὲν γὰρ καλὸν ἐστὶ τὸ τῆς συμβουλῆς καὶ ἐπωφελές, κἂν μὴ συνήθεια ἦ, γινέσθω· εἰ δὲ βλάβη ἔχον καὶ πλὴν τὸν ὀλεθρον τὸ νῦν παρ' ὑμῶν ἐπιτελούμενον, κἂν συνήθεια ἦ, ἐγκοπτέσθω. Ἐπεὶ εἰ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, καὶ ὁ κλέπτων, καὶ ὁ πόρνεύων, καὶ ὁ τὴν ἄλλαν

ἅπασαν κακίαν ἐπιδεικνύμενος, τὴν συνήθειαν ἡμῖν προβαλεῖται· ἀλλ' οὐδὲν ἀπὸ τούτου κέρδος αὐτῷ ἔσται, οὐδὲ συγγνώμη, ἀλλὰ καὶ πολλὴ ἡ κατηγορία, ὅτι οὐκ ἴσχυσε συνήθειας περιγενέσθαι πονηρᾶς.

β'. Ἐάν γὰρ βουλόμεθα νήφειν, καὶ πολλὴν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ποιεῖσθαι τὴν φροντίδα, δυνησόμεθα καὶ τῆς κακῆς συνήθειας ἀποστῆναι, καὶ εἰς καλὴν συνήθειαν ἑαυτοὺς ἀγαγεῖν· καὶ οὕτω καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς οὐ μικρὰν παρέξομεν ἀφορμὴν τοῦ τὰ αὐτὰ ζηλοῦν, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνων κατορθουμένων ἡμεῖς ληψόμεθα τὸν μισθόν. Ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν παρασχὼν τῆς καλῆς ὁδοῦ, οὗτος καὶ τῶν ὑφ' ἑτέρων γινομένων [541] αἷτιος ἔσται, καὶ διπλοῦν κομιεῖται τὸν μισθόν, ὑπὲρ ὧν τε αὐτὸς κατορθοῖ, ὑπὲρ ὧν τε ἑτέρους ἐπάγει εἰς τὴν ἀρίστην ταύτην φιλοσοφίαν. Μὴ μοι τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα ῥήματα καὶ γέλωτος γέμοντα προβάλλεσθε, λέγοντες νόμιμά τινα εἶναι ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο πληροῦσθαι χρή. Οὐ ταῦτα γὰρ νόμιμον ποιεῖ συνοικέσιον, ἀλλὰ τὸ κατὰ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους μετὰ σωφροσύνης καὶ σεμνότητος τὴν συνέλευσιν γίνεσθαι, καὶ τῇ ὁμοίᾳ συμπεπλέχθαι τοὺς ἀλλήλους συνιόντας. Τοῦτο καὶ οἱ ἐξωθεν ἴσασιν νόμοι, καὶ ἀκούσῃ τῶν περὶ ταῦτα ἐσχολακώτων λεγόντων, ὅτι συνοικέσιον οὐδὲν ἕτερον συνίστησιν ἢ συνήθεια. Μὴ τοίνυν καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους παραβῶμεν μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ προτιμῶμεν τοὺς διαβολικοὺς νόμους καὶ τὴν ὀλεθρίαν ταύτην συνήθειαν· ἐκεῖνου γὰρ ἐστὶ νόμος ταῦτα, τοῦ χαίροντος ἀεὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ. Τί οὖν ἂν γένοιτο καταγελαστότερον τῆς συνήθειας ταύτης, ὅταν ὑπὸ οἰκετῶν καὶ τριωβολιμαίων ἀνθρώπων σκώμματα καὶ λοιδορίας ἀπείρους δέχωνται καὶ ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνή, καὶ οὐδεὶς ἢ ὁ ἐπιτιμῶν, ἀλλ' ἐξεστὶ τῷ βουλομένῳ ἀδεῶς κατὰ τὴν ἐσπέραν ἅπαντα φθέγγεσθαι, καὶ βάλλειν τοῖς σκώμμασι καὶ τὸν νυμφίον καὶ τὴν νύμφην; Καὶ ἐν ἑτέρᾳ μὲν ἡμέρᾳ ἐάν τις ἐπιχειρήσῃ λοιδορήσασθαι, δικαστήρια αὐτῷ, καὶ ἀπαγωγὰ, καὶ κίνδυνοι· τότε δὲ, ὅτε μάλιστα πολλὴν ἔχρῃν εἶναι τὴν αἰδῶ, πολλὴν τὴν κοσμιότητα, πολλὴν τὴν ἀγνεῖαν, τῷ αὐτῷ ἅπαντα πληροῦνται τῆς ἀσχημοσύνης ὡς εἰκός τὸν διάβολον στρατηγούντα ταῦτα ἅπαντα ἐπιδεικνύσθαι. Ἀλλὰ μὴ δυσχεραίνετε, παρακαλῶ· οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς εἰς τοῦτον ἐξέβην τὸν λόγον, ἀλλὰ κηδόμενος ὑμῶν καὶ τῆς σωτηρίας καὶ τῆς εὐκοσμίας, καὶ βουλόμενος ὑμᾶς τὴν ἀρίστην ταύτην μεταβολὴν ἐπιδείξασθαι, καὶ τῆς καλῆς ταύτης συνήθειας ἀρχηγούς καταστῆναι. Ἐάν γὰρ μόνον ἀρχὴ καὶ ὁδὸς γένηται τοῦ πράγματος, κατὰ μικρὸν εἰς τὸν ἕνα ζηλοῦντες τὸν καλὸν τοῦτον καὶ ἐπαινετὸν ζῆλον, πάντας ἐπαινέτας ἔξετε, καὶ οὐ μόνον οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες μιμήσονται τὴν καλλίστην ταύτην μεταβολὴν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πόρρωθεν οἰκοῦντας ἐπισπάσεσθε, καὶ ζηλωτὰς ὑμετέρους καταστήσετε, καὶ πολυπλασίονα τὸν παρά τοῦ Θεοῦ κομιεῖσθε στέφανον, ὅτι διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ἐντολήν, τῆς σατανικῆς ταύτης περιγεγόνετε συνήθειας. Ἀλλ' ὅτι μὲν δέξεσθε μετὰ προθυμίας ταύτην ἡμῶν τὴν συμβουλήν, καὶ εἰς ἔργον αὐτὴν ἄξετε, σφόδρα πέπεισμαι. Ὅρων γὰρ ὑμᾶς μετὰ τῷ αὐτῷ ἰδόνῃς ἀκούοντας τῶν λεγομένων, ἀπὸ τοῦ κρότου καὶ τῶν ἐπαίνων στοχάζομαι, ὅτι καὶ πρὸς τὴν διὰ τῶν ἔργων κατόρθωσιν ἐπειχθήσεσθε. Διὸ ἀρχεσθεῖς τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπανήξω. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ἐσπέρα, καὶ ἔλαβε Λάβαν τὴν Δείαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, καὶ εἰσήγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἰακώβ.

Μὴ ἀπλῶς μετὰ τοῦτο παραδράμωμεν· ἐστὶ γὰρ καὶ ἐκ τούτου πολλὰ συνιδεῖν· ἐν μὲν τοῦ Ἰακώβ τὸ

ἄπλαστον, καὶ ὅπως πάσης πονηρίας ἐκτὸς ὧν παρεκρούσθη· δεύτερον δὲ, ὅτι μετὰ τούτης εὐκλασίας ἅπαντα ἐγένετο, καὶ οὐδαμοῦ λαμπάδες καὶ χορεῖαι καὶ φῶτα τὴν χρείαν ὑπερβαίνοντα, ὡς καὶ τὴν ἀπάτην τοῦ Λάβαν εἰς ἔργον ἐλθεῖν. Ἔστι δὲ καὶ τοῦ Λάβαν ἐντεῦθεν καταλαβεῖν τὴν περὶ [542] τὸν Ἰακώβ φιλοστοργίαν. Τοῦτο γὰρ ἐμηχανήσατο, βουλόμενος ἐπὶ πλεῖον κατέχειν παρ' ἑαυτῷ τὸν δίκαιον. Ἐπειδὴ γὰρ ἤδει ὅτι ἐκείνης περιεκαίετο<sup>a</sup>, καὶ εἰ τοῦ σπουδαζομένου ἐπέτυχεν, οὐκ ἂν εἴλετο λοιπὸν τῆς Λείας ἕνεκεν τὴν δουλείαν ὑποστῆναι, οὐδὲ τὴν μετ' αὐτοῦ συνοίκησιν· διὰ τοῦτο θεασάμενος ὁ Λάβαν τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐννοῶν ὡς οὐκ ἂν ἐτέρως αὐτοῦ περιγένοιτο καὶ πείσεις, τὴν ἀπάτην ταύτην εἰργάσατο, καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν Λείαν μετὰ Ζελφᾶς τῆς παιδίσκης. Εἶτα ἐγκαλούμενος ὑπὸ τοῦ δικαίου, τίνος ἕνεκεν τὰ τῆς ἀπάτης εἰργάσατο, εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ἐποίησατο. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ Ἰακώβ· *Τίνος ἕνεκεν τοῦτό μοι ἐποίησας; οὐ περὶ τῆς Ραχήλ ἐδούλευσά σοι; καὶ ἵνα τί παρελόγισω με; τί φησὶν ὁ Λάβαν; Οὐκ ἔστιν οὕτως ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ δοῦναι τὴν νεωτέραν, πρὶν ἢ πρεσβυτέραν. Συντέλεσον οὖν καὶ ταύτης τὰ ἔβδομα, καὶ δώσω σοι καὶ ταύτην ἀντὶ τῆς ἐργασίας, ἧς ἐργάση παρ' ἐμοῦ ἕξι ἑπτὰ ἔτη.* Ὁρᾶς ὅτι τοῦτο αὐτὸ μηχανώμενος ἅπαντα κατεσκεύασεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τὸν ἔρωτα ἐν περὶ τὴν κόρην ἐκέκτητο, φησὶ· Μὴ νομίσης ἰδικῆσθαί σε. Ἐπειδὴ γὰρ οὗτος παρ' ἡμῶν ὁ νόμος, ὥστε πρότερον τὴν πρεσβυτέραν ἐκδιδόνα ἀνδρὶ· διὰ τοῦτο μὲν τοῦτο γεγένηται· λήψη δὲ καὶ ταύτην ἢν ποθεῖς, ἐὰν τὰ ὅμοια ἔσῃ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς δουλεύσης. Ταῦτα ἀκούσας ὁ δίκαιος, ἐτοιμῶς ἅπαντα κατεδέξατο, καὶ μετὰ ταῦτα ἔτερα ἑπτὰ ἔτη, *Ἔδωκέ, φησὶν, αὐτῷ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ραχήλ γυναῖκα.*

γ'. Ὁρᾶς πάλιν ὅτι τὰ τῶν γάμων γίνεται μετὰ πάσης κοσμιότητος. Ἄλλ' ἀκούων ὅτι ἔλαβε τὴν πρεσβυτέραν, καὶ πάλιν τὴν νεωτέραν, μὴ ταραχθῆς, μηδὲ πρὸς τὴν νῦν κατάστασιν τὰ τότε κρῖναι πράγματα. Τότε μὲν γὰρ, ἐπειδὴ ἀρχὴ καὶ προοίμια ἦν, συνεχωρεῖτο καὶ δυοὶ καὶ τρισὶ γυναῖξί καὶ πλείοσι μίγνυσθαι, ὥστε τὸ γένος ἐκταθῆναι· νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐπὶ πολὺ πλῆθος ἐκτέταται, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπίδοσιν ἔσχε. Παραγενόμενος γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν ἀρετὴν καταφυτεύσας ἐν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀγγέλους, ὡς εἰπεῖν, ἐξ ἀνθρώπων αὐτοῦς ἐργασάμενος, ἅπασαν ταύτην τὴν παλαιὰν συνήθειαν ἐξέκοψεν. Ὁρᾶς πῶς οὐ δεῖ συνήθειαν προβάλλεσθαι, ἀλλὰ τὸ χρησιμὸν πανταχοῦ ἐπιζητεῖν; Ἰδοὺ γὰρ, ἐπειδὴ κακὴ ἦν αὕτη ἡ συνήθεια, ὄρα πῶς ἐξεκόπη, καὶ οὐκ ἔξεστι νῦν οὐδενὶ ταύτην προβάλλεσθαι τὴν συνήθειαν. Μηδαμοῦ τοίνυν, παρακαλῶ, συνήθειαν ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ τὸ χρησιμὸν ζητεῖ, καὶ μὴ τὸ ψυχοβλαβές· καὶ εἴ τι τυγχάνει καλόν, κἄν μὴ ἢ συνήθεια, γινέσθω παρ' ἡμῶν· ἂν δὲ τι βλαβερόν, κἄν ἐν συνήθειᾳ ἢ, φεύγωμεν καὶ ἀποστρεφώμεθα. *Καὶ ἔδωκε, φησὶν, Ἰακώβ Ραχήλ μετὰ Βάλλας τῆς παιδίσκης.* Εἶδες πόση ἡ φιλοσοφία; Μήπου ἀνδραπόδων ἀγέλαι; μὴ που γραμματεῖα, καὶ συνθῆκαι, καὶ αἰρέσεις ἐκείναι αἱ καταγέλαστοι, Ἐὰν τόδε γένηται, καὶ ἐὰν τόδε συμβῆ; Καὶ εὐθέως, πρὶν ἢ συνελθεῖν, οἱ οὐκ εἰδότες οὐδ' εἰ μέχρι [543] τῆς ἑσπέρας διαμενοῦσι<sup>b</sup>, τὰ μετὰ πολὺν ἐσόμενα χρόνον ἐν τοῖς γραμματείοις συντιθέασιν·

Ἐὰν ἄτεκνος, φησὶ, τελευτήσῃ, ἐὰν παιδία ἐσχηκῶς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἄλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ παιδίσκην μίαν ἐκάστη δούς ὁ πατήρ, οὕτω τὰς θυγατέρας ἐξεδίδου. *Ἠγάπησε δὲ, φησὶ, Ραχήλ μᾶλλον ἢ Λείαν, καὶ ἐδούλευσεν αὐτῷ ἑπτὰ ἔτη ἕτερα.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ ἀρχῆς διὰ τὴν εὐμορφίαν ἠράσθη τῆς κόρης, μόλις δὲ τυχεῖν<sup>c</sup> ποτε ἠδυνήθη τοῦ σπουδαζομένου, ἐκείνην, φησὶ, πλεον ἠγάπα, ἤπερ τὴν Λείαν. Καὶ γὰρ ἡ ταύτης εὐμορφία, φησὶν, ἐφείλκετο αὐτὸν εἰς τὸν περὶ αὐτὴν πόθον. Ἄλλ' ὄρα μοι ἐνταῦθα λοιπὸν τοῦ Δεσπότου τὴν ἀφατον φιλανθρωπίαν, καὶ πῶς τὰ παρ' αὐτοῦ ἐπαγγελθέντα κατὰ μικρὸν εἰς ἔργον ἄγει. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Ὅτι ἔσομαι μετὰ σοῦ, διαφυλάσσω σε ἐν πάσῃ ὁδῷ, ἢ ἐὰν πορευθῆς, καὶ ὅτι Ἀβραμῶ σε καὶ Πληθυνῶ, αὐτὸς καὶ νῦν ἅπαντα οἰκονομεῖ.* Καὶ ἵνα μάθης, ἄκουε καὶ αὐτῆς τῆς θείας Γραφῆς τοῦτο σαφῶς λεγούσης· *Ἰδὼν δὲ Κύριος ὁ Θεός, φησὶν, ὅτι μισεῖται Λεία, ἠνοιξε τὴν μήτραν αὐτῆς· Ραχήλ δὲ ἦν στεῖρα. Καὶ συνέλαβε Λεία, καὶ ἔτεκεν υἱὸν τῷ Ἰακώβ.* Ὁρα τοῦ εὐμηχανοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν. Ἐπειδὴ ἡ μὲν ἀπὸ τῆς εὐμορφίας τὴν εὐνοίαν ἐπεσπάσατο τοῦ ἀνδρὸς, ἡ δὲ ταύτης ἀπεστερημένη μισεῖσθαι ἐδόκει, ταύτην μὲν διεγείρει πρὸς γονὴν, ἐκείνης δὲ πηροῖ τὴν μήτραν, ἀμφοτέρω διὰ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν οἰκονομῶν, ἵνα καὶ αὕτη διὰ τὰ ἐξ αὐτῆς τικτόμενα σχῆ τινα παραμυθίαν, ἐφελκομένη εἰς τὸν περὶ αὐτὴν πόθον τὸν ἀνδρα, κάκεινη μὴ διὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν εὐμορφίαν κατεξανιστῆται τῆς ἀδελφῆς. Καὶ διῆνοιξε, φησὶ, τὴν μήτραν αὐτῆς. Μάνθανε ἐντεῦθεν, ἀγαπητέ, ὅτι ὁ τῶν ἀπάντων δημιουργός ἐστιν ὁ τὰ πάντα οἰκονομῶν, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν διεγείρων πρὸς γονὴν, καὶ ὅτι οὐδὲν τῆς συνουσίας ὑφελθῆς μὴ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας γενομένης. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπεν, *ὅτι διῆνοιξε τὴν μήτραν αὐτῆς, ἵνα γινώμεν ὅτι αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἠβουλήθη τὴν Λείαν πρὸς τεκνογονίαν διεγείρει, ὥστε αὐτῆς τὴν ἀθυμίαν παραμυθήσασθαι.* Αὐτὸς γὰρ ἐστιν ὁ καὶ ἐν τῇ μητρὶ διαπλάττων τὰ βρέφη καὶ ζωογονῶν, καθάπερ καὶ Δαυτὸ φησὶν· *Ἄντελάβου μου ἐκ τῆς γαστρὸς μητρὸς μου.* Καὶ ὄρα πῶς δείκνυσιν ἡμῖν ἡ θεία Γραφή τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν ἐκάτερα τῇ οἰκείᾳ δυνάμει ἐργαζόμενον, καὶ τῆς μὲν τὴν μήτραν διεγείροντα, τῆς δὲ Ῥαχήλ ἐπέχοντα. Δεσπότης γὰρ ὢν τῆς φύσεως, μετ' εὐκολίας ἅπαντα ἐργάζεται. *Καὶ συνέλαβε, φησὶ, Λεία, καὶ ἔτεκεν υἱὸν τῷ Ἰακώβ· ἐκάλεσε δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ρουβὴν, λέγουσα· Ὅτι εἶδέ μου Κύριος τὴν ταπεινώσειν, νῦν ἀγαπήσει με ὁ ἀνὴρ μου.* Ὁρα πῶς εὐγνώμων ἡ γυνή. Θεασάμενος, φησὶ, τὴν ταπεινώσειν μου ὁ Δεσπότης, παρέσχε μοι τὸν τόκον, ἵνα διὰ τούτου ἀγαπηθῆναι δυνηθῶ. Καὶ θέα μοι τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὴν φιλοτιμίαν, πῶς ἐπιδαφιλεύεται, ἐμοῦ καὶ τὸ τοῦ δικαίου σπέρμα αὐξῆσαι βουλόμενος, καὶ ταύτην νῦν πόθεινοτέραν καταστήσαι τῷ Ἰακώβ. *Καὶ συνέλαβε, φησὶ, πάλιν, καὶ ἔτεκεν υἱὸν δεύτερον τῷ Ἰακώβ, καὶ εἶπεν, ὅτι ἠκούσε Κύριος ὅτι μισοῦμαι, καὶ προσέδωκέ μοι καὶ τοῦτον· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Συμεὼν.* Σκόπει πῶς [544] ἀφ' ἐκάστου τῶν παίδων εὐχαριστεῖ τῷ Δεσπότῃ, καὶ εὐγνώμων γίνεται παρὶ τὴν εὐεργεσίαν. ἠκούσε γὰρ, φησὶ, ὁ Κύριος, ὅτι μισοῦμαι, καὶ προσέδωκέ μοι καὶ τοῦτον· καὶ διὰ τοῦτο Ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Συμεὼν.

<sup>a</sup> Conject. Savil. ἐκείνης περὶ ἐκαίετο.

<sup>b</sup> Sic Coisl. optime Edebatur διαμένουσι. Edit.

<sup>c</sup> Savil. et quatuor mss. μέλιστα δὲ τυχεῖν, minus recte.

deceptus sit : secundum, quod tanta facilitate omnia sunt, et nusquam lampades, choreæ, facesque præter usus necessitatem : ita ut et deceptio Laban locum habuerit. Possumus autem et hic videre, quomodo Laban magna affectione dilexerit Jacob. Hoc enim commentus est, ut diutius apud se justum retineret. Sciebat quidem quod alterius amore flagraret, atque si voti compos fieret, non eligeret posthac servitum propter Liam sustinere, nec vellet cum eo habitare : et propterea quia vidit Laban virtutem viri, et cogitavit se non aliter eum vincere et persuadere posse, ita eum decepit, et dedit ei Liam cum Zelpha ancilla. Deinde cum argueretur a justo quod eum decepisset, honestam attulit excusationem. Nam postquam dixit Jacob : 25. *Quare mihi hoc fecisti? nonne propter Rachel servivi tibi? et quare decepisti me? quid ergo Laban?* 26. *Non est sic in hoc loco ut elocetur junior prius quam major natu.* 27. *Perfice igitur hebdomadam istius, et dabo tibi etiam hanc pro labore, et opere, quod operaberis apud me adhuc annis septem.* Vides illum ea de causa hæc omnia commentum esse. Nam quia vidit amorem quem erga puellam habebat, inquit : Ne putes injuria te affici : Quoniam hæc apud nos lex est, ut primum nuptiis tradatur major natu : propterea hoc quidem factum est ; accipies autem et hanc quam amas, si similes septem annos pro ea servieris. Quibus auditis justus omnia prompto animo suscepit : et post hos alios annos septem (a), 28. *Dedit, inquit, Laban Rachel filiam suam ei uxorem.*

3. *Polygamia olim; nunc monogamia; cur.* — Vides iterum nuptias fieri cum magna honestate. Sed audiens eum accepisse majorem natu, et postea minorem, ne turberis : neque secundum statum qui nunc est, opera quæ tunc facta sunt iudices. Tunc enim quia principia erant, permissum fuit cum duabus vel tribus vel pluribus uxoribus misceri, ut humanum genus propagaretur ; nunc vero quia per Dei gratiam humanum genus valde multiplicatum est, virtus quoque incrementum accepit. Adveniens enim Christus, et virtutem in hominibus plantans, angelosque, ut ita dicam, ex hominibus faciens, omnem illam veterem consuetudinem abolevit. Vides quomodo non oporteat consuetudinem prætexere, sed quod justum est inquire? Ecce enim quoniam mala erat hæc consuetudo, explosa est, et non licet ulli eam prætexere. Nusquam igitur, obsecro, consuetudinem inquiras ; sed quod sit utile quære, non quod animæ perniciosum ; et si quid est bonum, etiamsi non sit consuetudo, id fiat a nobis : si vero perniciosum est, etiamsi consuetudo sit, fugiamus et aversemur. 29. *Et dedit, inquit, Jacob Rachelem cum Balla ancilla.* Vidisti quanta sit hæc philosophia (b)? Num servorum greges? num syn-

(a) Hic memoria lapsus videtur Chrysostomus cum ait Labanum Jacobo Rachelem dedisse post alios septem annos servitibus. Nam in Hebraico textu et in Vulgata, quibus etiam consonant LXX interpretes, ductam in uxorem Rachelem esse dicitur ante illos septem alios servitutis annos, et conjugium septimo post ductam Liam die consummatum fuisse.

(b) Philosophia hic accipitur pro simplicitate morum et pro frugalitate, ut sæpe alias apud Chrysostomum et apud veteres.

graphia? et pacta, atque conditiones illæ ridiculæ : *Si hoc fuerit, si hoc evenerit?* Et priusquam conveniant, nescientes an usque ad vesperam mancant, quæ post multa tempora ventura sunt, in literis suis consignant : *Si liberis carens, inquit, defunctus fuerit : si filios habuerit, et quæcumque talia.* At hic nihil tale, sed cum utrique suam ancillam dedisset, filias elocavit pater. 30. *Dilexit autem, inquit, Rachel magis quam Liam : et servivit ei septem annis aliis.* Quia enim ab initio adamavit puellam propter venustam formam, et vix eam consequutus est : ideo eam magis dilexit quam Liam. Etenim illius venustas allexit eum ad eam amandam. Verum hic iterum vide Domini ineffabilem misericordiam, et quomodo quæ ab ipso fuerant promissa paulatim compleat. Nam qui dixit : *Ero tecum, custodiens te in omni via qua ambulaveris : et, Augebo et multiplicabo te (Gen. 28. 15) :* ipse etiam nunc omnia dispensat. Et ut id scias, audi ipsam divinam Scripturam hoc manifeste dicentem. 31. *Ut vidit autem Dominus Deus, quod odio haberetur Lia, aperuit vulvam ejus : Rachel autem erat sterilis.* 32. *Et concepit Lia, et peperit filium Jacobo.* Vide solertem Dei sapientiam. Quoniam illa quidem pulchritudine sua conciliarat sibi gratiam viri, hæc vero minime formosa odio haberi visa est : hanc idoneam facit partui, illam vero inutilem ; hæc ambo sua misericordia dispensans ut et hæc per liberos qui ex ea nascebantur solatium haberet, in sui amorem virum alliciens ; et illa ne propter pulchritudinem et formositatem adversus sororem insurgeret. *Et aperuit, inquit, vulvam ejus.* Disce hic, dilecte, Conditorem omnium omnia moderari ac dispensare, et naturam ipsam ad partum excitare, nullamque esse concubitus utilitatem, si absit divina cooperatio. Propterea enim dixit, *Aperuit vulvam ejus, ut sciamus voluisse Dominum Liam procreandis liberis aptam fieri, quo ejus mœror leniretur.* Ipse enim est qui in vulva figurat et animat fœtus, sicut et David dicit : *Suscepisti me de utero matris meæ (Psal. 138. 13).* Et vide quomodo monstrat nobis divina Scriptura naturæ Conditorem utraque sua virtute efficientem ; nempe alterius vulvam idoneam reddentem, Rachelis autem constringentem. Siquidem naturæ Dominus cum sit, omnia facile operatur. *Et concepit, inquit, Lia, et peperit filium Jacobo ; vocavitque nomen ejus Ruben, dicens : Quia vidit Dominus vilitatem meam, nunc diliget me vir meus.* Vide quam grata mulier dicit : Dominus visa humilitate mea præbuit mihi partum, propter quem diligar. Et specta hic iterum, quomodo Deus muneribus certare contendit cum eo, et beneficia accumulat, simul et justis semen augeri, et hanc magis Jacobo amabilem reddi volens. 33. *Et concepit, inquit, iterum, et peperit filium secundum Jacobo, et dixit : Audivit Dominus quod odio habeor, et apposuit mihi et hunc ; et vocavit nomen ejus Symeon.* Attende quomodo per singulos pueros gratias agit Domino, et ob beneficia gratum animum declarat. *Audivit, enim, inquit, Dominus, quod odio habeor, et apposuit mihi etiam hunc : propterea Vocavit nomen ejus Symeon.*

4. Vidisti quomodo non simpliciter, neque temere nomina natis indiderit? Vocavit enim eum Symeon, quoniam audivit Dominus (a) Nobis siquidem Hebraico idiomate per hoc nomen signatur, quod audita sit. 54. *Et concepit iterum, et peperit filium, et dixit: Nunc temporis apud me erit vir meus; peperit enim ei tres filios: propter hoc vocavit nomen illius Levi.* Videtur mihi hic significari, eam natis duobus filiis nondum potuisse allicere virum, qui adhuc in Rachelem propensior erat: ideo dicit, *Nunc temporis apud me erit vir meus.* Fortassis accessio tertii virum meum reddet benevolum, et melius mihi affectum. Ecce enim tres filios ei peperit. 55. *Et concepit adhuc filium, ac peperit, et dixit: Nunc adhuc istud confitebor Domino: propterea vocavit nomen ejus Judam.* Quid est, *Istud confitebor Domino?* Confitebor hic idem est ac, Gratias agam, et glorificabo eum, quia et quartum mihi adjecit filium, et tantam mihi abundantiam concessit: et quæ ob corporis deformitatem de viri erga me benevolentia periclitatura eram, nunc procreatione filiorum a Deo mihi data, et mœroris excessu discusso, me, quæ ob deformitatem odio habebat, consolatus est, odiumque transtulit in sororem meam. *Ut peperit autem Judam, inquit, cessavit parere. 1. Cum autem vidisset Rachel quia non peperisset Jacobo, amulata est Liam sororem suam, et dixit Jacobo, Da mihi filios: sin minus, moriar ego (Cap. 50).* Inconsiderata et muliebris est hæc petitio animæque zelotypia impugnatae, *Da mihi filios.* Non audisti, quod non viri concubitus illi partum præbuerit, sed Dominus Deus: qui *Ut vidit, inquit, quod odio haberetur, aperuit vulvam ejus?* Quare a viro petis ea quæ supra naturam sunt, et relicto naturæ Domino virum arguis, qui ad hoc nihil conferre tibi poterit? *Da mihi filios: sin minus, moriar ego.* Grave malum est zelotypia, et desinit in insipientiam: id quod et huic evenit. Videns enim chorum filiorum sororis, et cogitans suam solitudinem, non ferebat hanc contumeliam, neque continere poterat cogitationem quæ se turbabat, sed illa insipientiæ plena verba loquebatur: *Da mihi filios: sin minus, moriar ego.* Fortassis vidit viri erga illam amorem, et putabat ea de causa illam tot filios habuisse, et se nondum peperisse: unde dicit, *Da mihi filios.* Deinde terrere volens virum, subdit: *Quod si minus, moriar ego.* Quid igitur pius et religiosus Jacob? 2. *Succensuit, inquit, ad verba hæc, et dixit ei: Numquid pro Deo ego sum, qui fructu ventris te privavit?* Quare derelicto naturæ Domino reprehensionem mihi inducis? Ille est qui privavit te fructu ventris. Quare non ab illo petis, qui potest aperire naturæ officinam, et fecundam facere vulvam? Disce igitur illum esse qui te privavit fructu ventris tui, et sorori tuæ tantam fecunditatem præstitit. Ne igitur a me quæras quæ præbere non possum, et quorum non sum dominus. Nam si hoc in me fuisset, omnino te sorori prætulissem, majorem erga te benevolentiam habens. At quando etiamsi in infinitum majori te

complectar benevolentia, nihil tibi in hoc prodesse potero, ab illo quære, qui et sterilitatem asserre et solvere potest. Vide justi prudentiam, quomodo etiam ob illius dicta succensens, responsum illi dat sapientissimis verbis: docens diligenter omnia, causamque manifestans, ut non relicto Domino quærat ab alio ea quæ ille solus præstare potest. Igitur ut didicit quod sterilis facta esset a Deo, et videns sororem liberis frerere, vel mediocre solatium requirens, dicit ad Jacob: Quoniam nunc docuisti me non culpa tua liberis carere, saltem ancillam meam accipe, filiosque ex ea procrea, ut parvum aliquod solatium invenire possim, ea mihi vindicans quæ ab illa nascentur. 4. *Et dedit ei, inquit, Bullam ancillam suam uxorem: 5. et intravit ad eam; et concepit, et peperit filium Jacobo, 6. et dixit Rachel: Judicavit mihi Deus, et exaudivit vocem meam, deditque mihi filium. Propter hoc vocavit nomen ejus Dan (a).* Habuit aliquo modo pariente ancilla vel brevem consolationem: ideo ipsa nomen puero imponit, gratiasque agit Domino pro nato. 7. *Et concepit, inquit, iterum Balla, et peperit filium; 8. et dixit Rachel: Adjuvit me Deus, et conversata sum cum sorore mea, et invalui. Et vocavit nomen ejus Nephthalim.* Et didicit postea manifeste per ancillam, Jacobum non in causa fuisse quare liberis careret. Ideo natos quasi suos filios educavit, et nomina eis imposuit, maximam inde sibi ipsi consolationem esse rata. 9. *Ut autem vidit Lia quod cessasset parere, et ipsa ancillam suam Zelpham dedit Jacobo uxorem: 10. et concepit, et peperit, 11. Et dixit Lia: Fortunata fui, hoc est, Voti compos facta sum. Et vocavit nomen ejus Gad.* Et quoniam reipsa evenit quod optabat, vocavit nomen ejus Gad. 12. *Et concepit adhuc, et peperit alium: 13. dixitque Lia: Beata ego, quia beatam me dicent mulieres: et vocavit nomen ejus Aser.*

5. Vidisti quomodo et hæc natos ex ancilla ut sibi proprios haberet, et beatam se esse dicat, et beatitudine dignam ob procreationem filiorum. Sed vide ea quoque quæ post hæc gesta sunt, ut discas quomodo zelotypiæ affectio huc et illuc transibat, et nunc hæc, nunc illa impugnabatur. 14. *Et ivit, inquit, Ruben in diebus messis triticeæ, et invenit mala mandragorarum in agro, et attulit ea matri suæ. Dixitque Rachel Lia: Da mihi de mandragoris filij tui. 15. Dixit autem Lia: Non satis tibi quod accepisti virum meum? num et mandragoras filij mei accipies? Vides quomodo aegritudinem animi verbis manifestam facit? Non satis tibi, inquit, quod accepisti virum meum? num et mandragoras filij mei accipies? Dixit autem Rachel: Non sic: dormiat tecum nocte hac pro mandragoris filij tui. Da mihi de mandragoris, et accipe hodie tecum virum (b). Vide quomodo exhibetur affectui Rachelis omnino deditus. Nam si tanto choro filiorum Liæ nato, fuit ad-*

(a) Hebraice יָדָן. Radix est יָדָן, *judicavit*. Hinc nomen puero datum, ut in textu dicitur.

(b) Existimavit vetus interpres hæc verba ex textu biblico esse. Sed sunt a Chrysostomo adjecta explanationis causa.

(a) A voce namque שָׁמַע *audivit*, derivatur שִׁמְעוֹן *symeon*.



τικτούσης τῆς Λείας, ἔτι πρὸς τὴν Ῥαχὴλ ἣν προκείμενος τῇ εὐνοίᾳ, εἰ μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, πῶς ἂν ἐνεγκεῖν ἡ Λεία ἡδυνήθη τὴν μετὰ τῆς ἀδελφῆς συνοίκησιν; Ὡς γὰρ ἐξουσίαν ἅπασαν ἔχουσα τοῦ ἀνδρός, οὕτω προΐεται τῶν μανδραγορῶν τὸν ἄνδρα<sup>a</sup>, καὶ φησι· *Κοιμηθήτω σήμερον μετὰ σοῦ ἀντὶ τῶν μανδραγορῶν.* Πλήρωσόν μου, φησὶ, τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἐπὶ τοῖς μανδραγοραῖς, καὶ δέχου τὸν ἄνδρα. *Παραγερομένου δὲ τοῦ Ἰακώβ, ἐξεληθοῦσα εἰς συνάντησιν ἡ Λεία εἶπε·* Πρὸς ἐμὲ εἰσελεύσῃ σήμερον· μεμίσθωμα γὰρ σε σήμερον ἀντὶ τῶν μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ μου. *Καὶ ἐκοιμήθη, φησὶ, μετὰ αὐτῆς τὴν νύκτα ἐκείνην. Καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς Λείας, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν πέμπτον υἱόν. Καὶ εἶπε Λεία·* Ἔδωκέ μοι ὁ Θεὸς τὸν μισθόν μου, ἀνθ' οὗ ἔδωκα τὴν παιδίσκην μου τῷ ἀνδρὶ μου. *Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαχάρ, ὃ ἔστι μισθός. Ἐπήκουσε, φησὶν, ὁ Θεὸς τῆς Λείας.* Ἐπειδὴ ἐώρα κατώδυνον αὐτὴν οὖσαν καὶ παρευδοκιμουμένην, ἐπήκουσεν αὐτῆς ὁ Θεὸς, καὶ ἔτεκε καὶ εἶπεν· Ἐκομισάμην μισθὸν ὑπὲρ ὧν ἔδωκα τὴν παιδίσκην μου. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσεν αὐτὸν Ἰσαχάρ. *Καὶ συνέλαβεν ἔτι, καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἕκτον. Καὶ εἶπε Λεία·* Δεδώρηται μοι ὁ Θεὸς δῶρον καλόν. *Ἐν τῷ νῦν καιρῷ αἰρετιεῖ με ὁ ἀνὴρ μου· τέτοκα γὰρ αὐτῷ υἱὸς ἕξ. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ζαβουλών.* Λοιπὸν, φησὶν, ἐπέραςτος ἔσομαι καὶ γὰρ ἀνδρὶ μου· ἔτεκεν γὰρ ἕξ υἱούς. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ζαβουλών. *Ἐτεκε δὲ καὶ θυγατέρα, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῆς Δείνα. Ἐμνήσθη δὲ ὁ Θεὸς, φησὶ, τῆς Ῥαχὴλ, καὶ ἐπήκουσεν αὐτῆς, καὶ ἠνοιξεν αὐτῆς τὴν μήτραν. Καὶ συνέλαβε, καὶ ἔτεκε τῷ Ἰακώβ υἱόν. Εἶπε δὲ Ῥαχὴλ·* Ἀφείλέ μοι ὁ Θεὸς τὸ ὄνειδος. *Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωσήφ, λέγουσα·* Προσέθετό μοι ὁ Θεὸς υἱὸν ἕτερον. *Ἀφείλέ μου, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ ὄνειδος·* ἔλυσε τὴν στείρωσιν, [547] κατηλλάγη, καὶ διήγειρέ μου πρὸς παιδοποιίαν τὴν μήτραν, καὶ ἠλευθέρωσέ με τοῦ ὄνειδισμοῦ. *Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωσήφ, λέγουσα·* Προσέθετό μοι ὁ Θεὸς υἱὸν ἕτερον. Ὅρα πῶς αἱ τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεις κατὰ μικρὸν εἰς ἔργον ἐξήεσαν; Ἴδου γὰρ ἀθρόον πόντων παίδων χορὸν ὁ δίκαιος ἔσχε διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν πρόνοιαν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπεδείξατο ἐν δεκατέσσαρσιν ἔτεσι τὴν δουλείαν ἀσπασζόμενος, διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῶν ὄλων Θεὸς ἀμειβόμενος τοῦ δικαίου τὸ φιλόθεον, εἰς τοσοῦτον αὐτὸν αὐξηθῆναι παρεσκεύασεν, ὡς ἐπίφθονον γενέσθαι λοιπὸν, ὡς ἐκ τῶν ἐξῆς μαθησόμεθα, οἷς ἐβουλόμην ἐπεξελεθῆναι.

ς'. Ἄλλ' ἵνα μὴ εἰς πολὺ μῆκος τὸν λόγον ἐκτείνοντες παρενοχλεῖν δόξωμεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, εἰ δοκεῖ, τὰ λειπόμενα εἰς τὴν ἐξῆς ταμιευσάμενοι, τὸν λόγον ἐνταῦθα καταπαύσωμεν, ἐκείνο παραινέσαντες ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, μεμνησθαι τῶν εἰρημένων, ζηλοῦν τῶν παλαιῶν τὴν ἀρετὴν, οὕτω τοὺς παῖδας ἑαυτῶν ἐκδιδόναι, οὕτω τὰς θυγατέρας τοῖς νυμφίοις παραδιδόναι, οὕτω διὰ τῆς οἰκειᾶς ἀρετῆς τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐνοίαν ἐπισπάσασθαι. Ὅταν γὰρ ἐκεῖνος ἡμῖν εὐμενὴς ᾖ, καὶ ἐπ' ἄλλοτριᾶς ὤμεν, καὶ πάντων ἔρημοι, καὶ μηδεὶν γινώριμοι, πάντων ἐσόμεθα περιφανέστεροι. Οὐδὲν γὰρ μακαριστότερον ἀνδρὸς ὑπὸ τῆς ἀνωθεν χειρὸς βοηθουμένου. Ἐκείνης γὰρ ἀπολαύων τῆς συμμικχίας καὶ ὁ μακάριος Ἰακώβ ἐπὶ τοσαύτην κατὰ μικρὸν ἠύξθη περιφάνειαν, ὡς καὶ αὐτοῖς τοῖς ὑποδειξαμένοις ἐπίφθονος γενέσθαι. Τοῦτο τοίνυν καὶ

ἡμεῖς σπουδάζωμεν, ὥστε τῆς ἐκείθεν ἀξιούσθαι βοηθείας, καὶ μὴ πρὸς τὰς ἀνθρωπίνους καταφεύγωμεν δυναστείας, μηδὲ τὴν τούτων προστασίαν διώκωμεν· οὐδὲν γὰρ ταύτης ἐπισφαλέστερον· καὶ τοῦτο ἡ πείρα τῶν πραγμάτων ἡμᾶς ἱκανὴ διδάξει. Καὶ γὰρ ὀρωμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀξυρόπους τὰς μεταβολὰς, καὶ εἰς τὸ ἐναντίον ἅπαντα περιτρεπόμενα, καὶ τὸν ἐν τῇ ἀνωτάτῳ εὐημερίᾳ πρὸ μικροῦ τυγχάνοντα, ἀθρόον εἰς ἐσχάτην δυσπραγίαν καταφερόμενον, καὶ τὰ τῶν καταδίκων πολλακίς ὑπομένοντα. Ποίας οὖν ἂν εἴη παρανοίας τούτων μεταδιώκειν τὴν προστασίαν τῶν ἐν τοσαύτῃ ἀδηλίᾳ τυγχάνοντων, καὶ οὐδὲ τὰ καθ' ἑαυτοῦς ἱκανῶν ὄντων μετὰ ἀσφαλείας διαθεῖναι; Διὸ πάσης μὲν ἀνθρωπίνης προστασίας ἑαυτοῦς ἀποστήσωμεν, μεμνημένοι καὶ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἐπικατάρατος ἀνθρώπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἀνθρώπων. Ὅρα ὅτι ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον ἀνόητος, ἀλλὰ καὶ ἐπικατάρατος, ἅτε δὴ καταλιπὼν τὸν τῶν ἀπάντων Δεσπότην, καὶ πρὸς τὸν ὁμόδουλον τρέχων, τὸν οὐδὲ ἑαυτῷ ἀρκέσαι δυνάμενον; Φεύγωμεν τοίνυν τὴν κατάραν ταύτην, παρακαλῶ, καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ἐπὶ τὸν Θεὸν μεταστήσωμεν. Αὕτη γὰρ βεβαία καὶ ἀκίνητος καὶ μεταβολὴν οὐκ ἐπιδεχομένη, καθάπερ ἡ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. Ἡ γὰρ θάνατος ἐνταῦθα διέκοψε τὴν προστασίαν, καὶ γυμνοῦς καὶ ἐρήμους γενέσθαι παρεσκεύασε τοὺς ἐπὶ τοῦτον καταφεύγοντας· ἢ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου μεταβολὴ πραγμάτων ἐπελθοῦσα, ἅπαντα ἄκυρα ἀμφοῖν πεποίηκε. Καὶ τούτων τῶν παραδειγμάτων πᾶς γέμει ὁ βίος. Διὸ οὐδὲ συγγνώμης εἰσὶν ἄξιοι, οἱ μετὰ τὴν τοσαύτην πείραν ἐπὶ ἀνθρωπίνῃ [548] προστασίᾳ προστετηχότες, καὶ πολλακίς ὑπ' αὐτῶν δοκούντων εἶναι προστατῶν τὰ μυρία δεινὰ ὑπομένοντες. Τοσαύτη γὰρ τῆς κακίας ἡ ὑπερβολὴ, ὡς καὶ τοὺς θεραπεύοντας τοῖς ἐναντίοις ἀμείβεσθαι. Ἐπὶ δὲ τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ ἅπαν τούναντίον· καὶ ἀγνωμονοῦντας ἡμᾶς ἐκάστοτε εὐεργετῆ<sup>b</sup>, καὶ τὴν οἰκειάν ἀπονέμει προστασίαν, οὐ πρὸς τὴν ἡμετέραν ὀρῶν ἀγνωμοσύνην, ἀλλὰ τὴν οἰκειάν ἐν ἅπασι φιλανθρωπίαν μιμούμενος· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαύσαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΝΖ'.

Ἐγένετο δὲ, ὡς ἔτεκε Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσήφ, εἶπεν ὁ Ἰακώβ τῷ Λάβαν· Ἀπόστειλόν με, ἵνα ἀπέλω εἰς τὸν τόπον μου καὶ εἰς τὴν γῆν μου.

α'. Τὰ λειπόμενα τῶν χθὲς εἰρημένων ἀναγκαῖον ἀποδοῦναι σήμερον τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐκ τῶν νῦν λεγομένων καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν, ἣν περὶ τὸν Ἰακώβ ἐπεδείκνυτο, καὶ τὸ τοῦ δικαίου φιλόθεον καταμαθόντες, ζηλώσωμεν τοῦ ἀνδρός τὴν ἀρετὴν. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς ἡμῖν τὰς ἱστορίας ταῦτα ἀναγράφτους ἢ τοῦ Πνεύματος χάρις γενέσθαι παρεσκεύασεν, ἀλλ' ἵνα πρὸς μίμησιν ἡμᾶς διεγείρη καὶ ζῆλον τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν. Ὅταν γὰρ ἀκούσωμεν τοῦ μὲν τὴν ὑπομονὴν, τοῦ δὲ τὴν σωφροσύνην, ἐτέρου τὸ περὶ τὴν φιλοξενίαν ἔτοιμον, καὶ ἐκάστου τὴν πολλὴν ἀρετὴν, καὶ ὅπως τούτων ἕκαστος διέλαμψε καὶ περιφανέστερος γέγονεν, εἰς ὅμοιον διεγειρόμεθα ζῆλον. Φέρε οὖν καὶ τὰ λειπόμενα τῆς κατὰ τὸν δίκαιον τοῦτον ἱστορίας σήμερον ἐπελθόντες, τέλος ἐπιθῶμεν τῷ λόγῳ. Ἐγένετο δὲ, φησὶν, ὡς ἔτεκε Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσήφ, εἶπεν Ἰακώβ τῷ Λάβαν· Ἀπόστειλόν με, ἵνα

<sup>a</sup> Edictum erat μετὰ τὸν ἄνδρα. Prae positionem delevimus. Morel., Savil., et serie postulantibus. Edit.

<sup>b</sup> Sex mss. ἡμᾶς ἐπ' ἐκάστης εὐεργετῆ.

huc amore magis propensus in Rachelem : si hoc non fuisset factum, quomodo ferre potuisset Lia sororis contubernium? Ut enim omnem viri potestatem habens, ita permittit ei pro mandragoris virum, et dicit: *Dormiat hodie tecum pro mandragoris.* Satisfac, inquit, meo desiderio, et accipe virum. 16. *Adveniente autem,* inquit, *Jacob, egressa in occursum ejus Lia dixit: Ad me ingredieris hodie; mercede enim conduxisti me tibi pro mandragoris filii mei: et dormivit cum ea nocte illa.* 17. *Et exaudivit Deus Liam, et concepit et peperit Jacobo quintum filium.* 18. *Et dixit Lia: Dedit mihi Deus mercedem meam, eo quod dedi ancillam meam viro meo. Et vocavit nomen ejus Isachar, quia est merces.* Exaudivit, inquit, *Deus Liam.* Quia videbat eam dolentem, neque valde marito acceptam, exaudivit eam, inquit, Deus, et peperit, ac dixit: Tuli mercedem, eo quod dedi ancillam meam. Propterea vocavit nomen ejus Isachar. 19. *Et concepit adhuc Lia, et peperit filium sextum.* 20. *Et dixit Lia: Donavit mihi Deus donum bonum. Nunc temporis me eliget vir meus; peperit enim ei filios sex. Et vocavit nomen ejus Zabulon.* Posthac, inquit, amabilis ero et ego, quia peperit sex filios. Ideo vocavit nomen ejus Zabulon. 21. *Peperit autem et filiam, et vocavit nomen ejus Dina.* 22. *Recordatus est autem Deus Rachelis, et exaudivit eam, et aperuit ejus vulvam.* 23. *Et concepit, et peperit filium Jacobo. Dixit autem Rachel: Abstulit a me Deus opprobrium meum.* 24. *Et vocavit nomen ejus Joseph, dicens: Apposuit mihi Deus filium alium. Abstulit a me, inquit, Deus opprobrium; solvit sterilitatem: propitius factus est mihi, et idoneam fecit ad procreandum filios viuvam, liberamque me fecit ab opprobrio meo. Et vocavit nomen ejus Joseph, dicens: Apposuit mihi Deus filium alium.* Vides quomodo paulatim promissiones Dei in opus egressæ sunt? Ecce enim quantum repente eorum filiorum circa se habuit justus, propter manifestam Dei erga se providentiam. Quoniam enim magnam præ se tulit patientiam, quatuordecim annis servitutum ferens, propterea et universorum Dominus remunerans justis pietatem, in tantum eum crescere fecit, ut et posthac invidiosus aliis fieret, sicut ex sequentibus discemus, quæ vellem pertractare.

6. *Moralis epilogus; humanum auxilium non quærendum.*—Verum ne prolixius sermonem extendamus, neve molestus esse videar caritati vestræ, si placet, quæ reliqua sunt in sequentem concionem reservaturi, finiamus hic sermonem, illud interim caritatem vestram admonentes, ut eorum quæ dicta sunt memores, imitemini priscorum virtutem, filias elocando, pueros nuptui tradendo, vestra virtute Dei gratiam conciliare vobis studendo. Nam cum ille nobis amicus fuerit, etiamsi in aliena terra fuerimus, etiamsi ab omnibus destituti, etiamsi nullis cogniti, omnibus erimus clariores. Nihil enim beatius viro superna manu adjuto. Etenim beatus Jacob illo fretus presidio, in tantam paulatim gloriam evehctus est, ut et iis qui tam amice exceperant, invidiosus sit factus. Hoc igitur et nos studeamus, ut supernum acquiramus auxilium, et non ad humanos confugia-

ris principatus, neque illorum presidium sectemur: nihil enim periculosius; id quod rerum experientia satis discimus. Etenim videmus quotidie res se tanta velocitate ad mutationem inclinare, et verti in diversum omnia, cumque qui in summa prosperitate paulo ante erat, subito in extremam infelicitatem dejecti, ac reum sæpe agi. Quantæ igitur insipientiæ fuerit, horum quærere presidium, qui in tam incerto statu versantur, ac ne sua quidem possunt in tuto collocare? Ideo ab omni humano presidio desistamus, memores etiam prophetae dicentis: *Maledictus homo, qui spem ponit in homine (Jer. 17. 5).* Vides talem hominem non solum insipientem, sed etiam maledictum esse: utpote qui relicto Domino omnium, ad conservum currit, qui semetipsum juvare nequit? Fugiamus igitur maledictionem hanc, oro, et omnem spem in Deum transferamus. Ista enim solida est et immobilis et nescia vicissitudinis, ejus plena est illa quam in hominibus habemus. Vel enim mors tollit humanum presidium, et eos qui ad hoc confugiunt, solitarios nudosque relinquit: et vel etiam ante mortem mutatio rerum ambobus omnia vana reddit. Plena est hæc vita exemplis talibus. Ideo si post tantam experientiam nulla venia sunt digni, qui adhuc humano nituntur presidio, et sæpe ab illis, qui eis opitulari videbantur, infinita mala ferunt. Eousque enim crevit malitia, ut mala rependant etiam iis qui ipsos summopere colebant. Verum apud universorum Deum secus res se habet; nam licet quotidie ingrati simus, benefacit tamen, suoque presidio nos non destituit, non ad ingratum nostrum respiciens animum, sed in omnibus pro sua agens clementia: qua nobis omnibus frui concedatur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA LVII.

*Factum est autem postquam peperit Rachel Joseph, dixit Jacob ad Laban: Dimitte me, ut abeam in locum meum et in terram meam (Gen. 30. 25).*

1. *Exempla sanctorum imitanda nobis proponit Scriptura. Mansuetudine nihil validius.*—Reliquias heridictorum nostrum est hodie vestræ caritati reddere, ut ex his quæ nunc dicuntur discentes et providentiam Dei, quam erga Jacob declaravit, et justis pietatem spectantes, imitemur ejus virtutem. Neque enim absque causa sancti Spiritus gratia scriptas nobis reliquit hæc historias, sed ut ad æmulationem et imitationem tantorum virorum provocet. Quando enim audimus hujus quidem obedientiam, istius autem continentiam, illius vero in hospitibus colligendis sollicitudinem, magnamque singulorum virtutem, ac quomodo claruerint, ad similia facienda excitamur. Age igitur ad ea quæ relicta sunt in historia illius justis hodie accedentes, finem imponamus sermoni. 25. *Factum est autem, inquit, postquam peperit Rachel Joseph, dixit Jacob ad Laban: Dimitte*

me, ut abeam in locum meum et in terram meam. 26. Redde mihi uxores et filios meos pro quibus servivi tibi. Vide justum magnam in affectu probitatem, quomodo videns manifeste Deum sui habere curam, non supervivit contra Laban, sed cum magna mansuetudine dixit, *Dimitte me, ut abeam*. Vere nihil mansuetudine validius, nihil potentius. Vide igitur quomodo primum mansuetudine usus, effecit ut et Laban magna ei benevolentia responderit. 27. *Dixit enim ei, inquit, Laban: Si inveni gratiam coram te, siquidem conjectare certo possum quod benedixerit me Deus in ingressu tuo*, 28. *Indica mihi mercedem tuam, et dabo*. Non ignoro, inquit, post adventum tuum locupletiozem mihi divinam benevolentiam contigisse. Igitur quia sentio beneficia quæ mihi propter adventum tuum data sunt, quantam vis mercedem indica, et ego prompte præstabo. Considera quantum valeat mansuetudo: ne perfunctorie dictum transeamus; sed attende quomodo justus neque cogitaverit, neque mentionem lecerit, neque requisierit mercedem laborum; sed hoc solum dixerit, *Redde mihi uxores et liberos pro quibus servivi tibi, ut abeam*: ille reveritus justum magnam æquitatem, inquit: Dic quam vis tibi mercedem a me dari, et illam prompte dabo. Annon cum ipso erant mulieres et pueri? Quare igitur dixit, *Redde mihi uxores et pueros*? Digno honore eum prosecutus est, suumque morem per omnia observat, et libere discedere vult. Vide igitur ex verbis ipsis quomodo attraxit Labanum, ut se mercedem daturum sponte promittat, atque electionem ei permittat. Quid igitur justus? Vide excellentem ejus mansuetudinem, quomodo neque sic onerosus et molestus est Labano. Sed quid? Ipsum testem facit sui affectus et officiorum suorum, et suæ omni tempore in illo serviendo benevolentia. 29. *Tu nosti, inquit, qualiter tibi servierim*<sup>1</sup>, et quanta fuerint pecora tua mecum. 30. *Parva enim erant coram me, et aucta sunt in magnam multitudinem, et benedixit te Dominus ad pedem meum: nunc igitur quando faciam et ego mihi ipsi domum? Te voco testem laborum meorum. Vidisti enim quanto studio et fide omnia administrarim, ac quomodo in parvo numero acceperim pecora tua, quæ diligentia vigilantiaque mea in tantum numerum crescere curavi. Deinde monstrans suam religionem inquit: Benedixit enim te Dominus ad pedem meum: nunc igitur quando faciam et ego mihi domum? Vidisti etiam ipse post meum adventum gratiam divinam tuas auxisse facultates. Nunc igitur, quoniam et ego quæ meæ erant facultatis omnia magna animi alacritate faciens, ministerium perfecti, et gratia Dei manifesta visa est: justum est ut et ego mihi ipsi faciam domum. Quid est, Mihi faciam domum? Id est, In libertate postea verser, et curam domus meæ habeam. Hæc ut audivit Laban, 31. *Dixit ei: Quid tibi dabo? Quid vis a me tibi dari? Confiteor enim, et inficias non eo: scio enim quanta mihi fuerint a Deo data, et quod benedixerit me Deus ad ingressum**

tuum. *Dixit autem ei Jacob: Non dabis mihi quidquam. Si vero feceris verbum istud, iterum pascam oves tuas. Nihil volo a te mercedis nomine reportare, sed hoc tantum quod dico suscipere, et iterum pasco oves tuas. Quod autem volo, hoc est. Vide justum, quia speravit in auxilio divino, qualia proponat Labano. 32. *Prætereant, inquit, oves tuæ hodie, et se grega illinc omnem ovem fuscam in agnis, et omnis subulbicans et maculosa in capris erit mihi merces. 33. *Et exaudiet me justitia mea in die crastino, quia est merces mea coram te: omne quod non fuerit maculosum et varie albicans in capris, et quod rufum in agnis, furto sublatum erit a me.***

2. Considera justum prudentiam. Quoniam sciebat quanta sibi superne gratia affulgeret, et videbatur sibi secundum naturæ ordinem vel difficile esse, vel omnino impossibile (rarum enim est varium esse colorem pecudum recens natarum), hæc petit ab eo, unde petitioni ejus Laban statim annuit, et inquit: 34. *Sit juxta verbum tuum. 35. *Et divisit in die illa hircos maculosos et subalbicantes, et omnes capras maculosas et subalbicantes, et omne quod erat in eis candidum, et omne quod erat fuscum in ovibus, et dedit per manum filiorum suorum: 36. *et fecit distare viam trium dierum inter ea et inter Jacob. Separavit, inquit, greges secundum propositionem Jacob, et dedit filiis suis: Jacob autem pavit pecudes Laban reliquas. Qualesnam hæc? Nullam scilicet habentes coloris varietatem. Hoc autem totum factum est, ut justus reipsa compertam haberet Dei erga se providentiam, et Laban videret quantum Dei auxilium haberet Jacob. 37. *Acceptit autem Jacob, inquit, sibi virgam styracinam viridem et amygdalinam et platani, et decorticavit Jacob eas in decorticationem albam, abradens quod viride; apparebat autem in virgis album, quod decorticarat varium. 38. *Et apposuit virgas, quas decorticavit, in canales aquatorios, ut cum venirent pecudes ad bibendum, conciperent pecudes secundum virgas. 39. *Et concipiebant pecudes secundum virgas, et pepererunt pecudes subalbas, maculosas et cinericio colore sparsas. Hæc faciens justus non a seipso movebatur, sed inspirante menti ejus superna gratia. Neque secundum naturæ ordinem erat quod fiebat, sed valde admirabile, et naturæ modum transcendens. 40. *Et agnos, inquit, distinxit, et statuit coram ovibus arietem subalbicantem; et omne varium in ovibus: et separavit oves suas, et non miscuit eas cum ovibus Laban. Postea quia omnia quæ nascebantur, erant talia qualia proposuit, separavit ea, et fecit sibi greges separatos. 41. *Factum est autem in tempore quo concipiunt oves gravida, posuit Jacob virgam coram ovibus in canalibus, ut conciperent juxta virgas. 42. *Quando autem pariebant oves, non ponebat. Facta autem sunt non signata Laban, signata vero Jacob; 43. *et ditatus est homo valde valde. Quid vult sibi illa repetitio? Abundantiam multam significat: et eum non modo ditatum, sed et admodum ditatum fuisse. Fuerunt enim ei, inquit, pecora multa et boves et servi et ancillæ. Sed vide hic iterum justum invidiam nasci. 1. *Audivit enim, inquit, verba filiorum Laban***********

<sup>1</sup> Quatuor Mss., quæ tibi dederim.







*dicentium : Accepit Jacob omnia quæ sunt patris nostri, et ex his quæ sunt patris nostri fecit omnem hanc gloriam (Cap. 31). Vide quomodo invidia ingratos illos reddidit; non illos autem solum, sed et ipsum Labanum. Vidit enim, inquit, Jacob faciem Laban, et ecce non erat erga se sicut heri et nudius tertius. Verba enim filiorum illius mentem ejus turbaverant, et oblivionem induxerant eorum quæ pridem Laban dixerat ad Jacob his verbis : Benedixit me Deus ad ingressum tuum (Gen. 30. 27), et gratias egerat Domino, quod propter adventum justæ facultates suæ auctæ fuerant : nunc mutato per filiorum dicta animo et invidia flagrans, forte quia videbat justum valde abundare, non talem se illi exhibebat, qualem antea. Vidit enim, inquit, Jacob faciem Laban, et ecce non erat erga se sicut heri et nudius tertius. Vidisti justæ magnam mansuetudinem, et illorum ingratum animum, ac quomodo cum invidiam ferre non possent, patris mentem perturbaverunt? Vide, obsecro, nunc et Dei ineffabilem misericordiam, et quanta attemperatione utatur, cum videt nos quæ nostra sunt facere. Videns enim justum ab illis odio haberi, dicit ad Jacob : 3. Revertere in terram patrum tuorum, et ad generationem tuam, et ero tecum. Satis diu versatus es, inquit, in terra aliena. Nam quæ pridem tibi promisi, dicens, Reducam te in terram tuam (Gen. 28. 15), ea nunc opere implere volo : revertere igitur nihil timens; Ego enim ero tecum. Ut igitur justus segnior non fiat in proficiendo, sed magna fiducia iter arripiat : ideo dicit, Ego ero tecum : qui hucusque res tuas gubernavi, et augeri curavi semen tuum, ego et in posterum Ero tecum. Hæc ut audivit justus a Deo, non fuit negligens, sed ad iter se accinxit. 4. Misit enim, inquit, et vocavit Liam et Rachel in campum ubi erant greges, et dixit eis. Proponere vult mulieribus protectionis negotium, et significare eis mandatum Dei, et patris erga se odium. 5. Dixit enim, inquit, eis : Video ego faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri et nudius tertius : Deus autem patris mei fuit mecum. 6. Ipsæ autem scitis, quod servivi patri vestro pro omni virili mea. 7. Pater autem vester circumvenit me, et mutavit mercedem meam decem agnis<sup>1</sup>, et non dedit ei Deus ut me affligeret. 8. Et cum sic diceret : Varia erunt merces tua : et pariebant omnes oves varia. Cum autem diceret : Candida erunt merces tua : et pariebant omnes oves candida : 9. et tulit Deus omnia pecora patris vestri, et dedit mihi ea.*

3. Vide quomodo utrumque docet, et patris ingrati erga se animum, et suum studium quod in servitute declaravit. Scitis enim, inquit, me pro virili mea servivisse patri vestro. Et declaravit quantam sui curam Deus habuerit, monstrans supernum auxilium omnia operatum fuisse, et facultates Labani in se transtulisse. Tulit enim Deus omnia pecora patris vestri, inquit, et dedit mihi ea. 10. Quando autem concipi-

*ebant oves, et vidi oculis meis in somno, et ecce hirco et arietes ascendebant super oves et capras, subalbantes et varii, et cinericio colore sparsi. 11. Et dixit mihi angelus Dei in somno : Jacob. Ego autem dicebam : Quid est? Et dixit : 12. Aspice oculis tuis, et vide hircos et arietes ascendentes super capras et oves, subalbos et varios, et cinericio colore sparsos : vidi enim quæcumque Laban tibi facit. Vides omne quod tunc fiebat, superna contigisse operatione, quæ justæ labores remunerabatur? Nam quoniam ille ingratus erga eum erat, benignus Dominus justum ubertim remunerat : Vidi enim quæcumque Laban tibi facit.*

*Deus non despicit eos qui calumniam patiuntur. — Hinc discimus quomodo, quando injuria nobis inferitur, si mansueti et mites ac tolerantes fuerimus, majori et largiori auxilio divino fruamur. Ne igitur obluetemur iis qui nos premunt, et calumniari volunt, sed feramus generose, scientes omnium Dominum nos non despecturum esse, dummodo nos gratum affectum et benevolentiam demonstramus. Mihi enim, inquit, vindicta; ego retribuam, dicit Dominus (Rom. 12. 19 et Deut. 32. 35). Propter hoc et Jacob dicebat : Non dedit ei Deus, ut affligeret me. Nam quia ipse privare me laborum mercede voluit, Dominus tam ubere in me declaravit misericordiam et providentiam, ut omnis ejus substantia in me translata fuerit. Sciens enim me omni studio servivisse, illum autem non respondisse mihi officio suo, tantam nostri habuit curam. Et quod non hæc absque causa et vane dicam, neque temere accusem, etiam Deum habemus testem eorum quæ pater vester egit erga me. Vidi enim, inquit, quæcumque tibi Laban fecit, quod non solum mercedem abstulerit, sed et quod non ut antea erga te nunc affectus sit, sed alienaverit animum. 13. Ego sum Deus qui apparui tibi in loco ubi inunxisti mihi columnam. In memoriam ei referre vult, quæ ipsi tunc pollicitus fuerit, dicens : In multitudinem te crescere faciam et custodiam te, ac reducam te in terram tuam (Gen. 28. 14. 15). Ego igitur, inquit, qui tunc apparui tibi, et promissiones tibi feci : ego etiam nunc, quando tempus venit quo ea quæ tunc promisi opere complenda sunt, regredi te jubeo absque omni mentis angore. Tecum enim ero. Ego sum Deus qui apparui tibi in loco in quo inunxisti mihi columnam (a), et vovisti mihi votum. Memoriam ipsi refricat voti et promissionis, quam receperat. Quodnam autem erat votum? De iis quæ mihi dederis, decimas tibi offeram (Gen. 28. 22). Quoniam tunc nihil tecum afferebas, quasi profugus iter faciens : cum autem tibi apparerem, vovisti votum, dicens : De omnibus quæ mihi dederis, decimas dabo tibi, voto et promissione potentiam meam præsignans, et fidei oculis prævidens futuram tibi rerum abundantiam : nunc quia evenerunt et impleta sunt quæ a me prædicta, justum fuerit ut et votum tuum impleas. Nunc ergo, inquit, surge, et egredere de terra ista, et vade*

<sup>1</sup> In Hebræo est. עשרת בנין, ubi Aquila vertit, decem numeros, vel, decem numeris, Symmachus, decies numero, Syrus, decies, Hieronymus, decem vitibus, quod idipsum est. Ueltraizantes multi, decem partibus.

(a) In Græco, ἑστῆσαν, quod apte cippum verteris, vel melius, aram : ara enim vere fuit, quam religione motus inunxit, et in qua preces et vota emisit.

in terram nativitatis tuæ, et ero tecum. Ego te ubique comitabor, ego tibi facilem ostendam viam, et nullum a quopiam damnum ferens; dextera enim mea ubique te proteget. 14. *Hæc audientes Rachel et Lia, dixerunt ei: Numquid est nobis pars vel hæreditas in domo patris nostri?* 15. *Nonne ut alienæ reputatæ sumus apud eum? Vendidit enim nos, et devorando comedit pretium nostrum.* 16. *Et quas omnes Deus abstulit divitias et gloriam a patre nostro, tibi dedit: nunc igitur quæcumque dixerit tibi Deus tuus, fac.* Vide et has sequentes Dei arbitrium, et asserentes rationem cui contradici non potuit. Num est aliquid commune nobis, aiunt, cum patre nostro? Semel enim nos vendidit. Divitias et gloriam quam abstulit Deus a patre nostro, et dedit tibi; nos habebimus, et filii nostri. Necessa igitur, neque differ, sed fac quæ tibi a Deo sunt imperata. *Nunc igitur quæcumque dixit tibi Deus tuus, fac.* 17. *Hæc ut audivit Jacob, surrexit et accepit uxores suas, et filios, et ascendere fecit super camelos:* 18. *et abduxit omnia quæ habebat, et supellectilem suam, quam acquisierat in Mesopotamia, et omnia sua, ut abiret ad Isaac patrem suum.*

4. *E domo Labani fugit Jacob; quæ fugam sequuta sint; prædicatur cura Dei erga suos, quæ in persona Jacob elucet.* — Considera, obsecro, fortitudinem animæ justæ, et quomodo repulso omni mentis angore ac metu, mandato dominico obtemperavit. Quoniam enim vidit male sanam mentem Labani, non ultra, sicut prius, interrogare eum voluit: sed quod imperatum erat a Domino, implebat, et acceptis mulieribus et pueris, iter arripuit. 19. *Laban autem, inquit, abierat ad tondendum oves suas. Furata autem est Rachel idola patris sui.* Neque hoc absque causa nobis propositum est, sed ut sciamus quomodo adhuc paternam habentes consuetudinem, idolorum cultui addictæ erant. Animadvertite enim, quantum illa in hoc studium impenderit, cum nihil aliud a patre auferre voluerit, quam idola ejus, idque faciebat ignorante viro: neque enim ille hoc permisisset fieri. 20. *Occultavit autem, inquit, Jacob a Laban Syro, ne annuntiaretur ei quod fugeret.* 21. *Et abscessit ipse et omnia ipsius, et transito fluvio, contendit ad montem Galaad.* Vide, obsecro, etiam hic magnam Dei providentiam, quomodo, donec justus procul aufugisset, non permisit ut Laban illius secessum sciret. 22. *Tribus enim diebus, inquit, præteritis, ipsi Laban innotuit.* 23. *Et assumptis omnibus fratribus suis, persecutus est eum via dierum septem; et consequutus eum in monte Galaad.* Obsecro hic quoque attendas Dei providentiam. Nam qui dixit, *Revertere in terram tuam, et ero tecum*, ille etiam nunc suam declarat providentiam. Quia enim vidit Laban cum multa indignatione persequi justum, et pœnam furtivi secessus, ut ita dicam, sumpturum, apparuit Laban nocte in somno. 24. *Venit enim, inquit, Deus ad Laban Syrum in somno nocte, et dixit ei.* Vide Dei indulgentiam, quomodo ob suam in justum providentiam cum Laban colloquitur: ut territa ejus mente impetum ejus a Jacob coerceat. *Cave tibi, ne loquaris cum Jacob mala.* Magna Domini benignitas. Quia

enim sciebat eum ad pugnam contendere, et contra justum insurgere velle, hoc verbo mentem ejus compescit, et dicit: *Cave tibi, ne loquaris cum Jacob mala*: perinde ac si diceret: *Cave ne vel verbis offendere Jacob coneris*: sed serva teipsum, contine malum hunc tuum impetum, comprime furorem, refrena iratum tuum animum, ac ne vel verbo ipsum contristare velis. Et considera Dei clementiam. Non imperavit Labano ut ad propria reverteretur, sed solum prohibet ne quid durum vel molestum cum justo loquatur. Quare, et propter quid? Ut discat per negotia et per opera ipsa justus, quantam sui curam gerat Deus. Nam si reversus fuisset Laban, unde illud scivisset Jacob, aut ejus uxores? Ideo permittit ei ut abeat, et lingua sua confiteatur quæ Deus dixit ad se, quo et justus majorem alacritatem habeat profliciscendo, fiduciamque accipiat, et ut hujus uxores<sup>1</sup> discant quanto studio Deus omnium Dominus Jacobum curet, rejiciantque errorem paternum, et imitentur justum, atque ad cognoscendum Deum sufficientem doctrinam inde accipiant. Neque enim sic fide digna erant quæ Jacob dicebat, ut quæ a Laban dicebantur, qui adhuc idola colebat. Semper enim infidelium et adversantium veræ religioni testimonia majorem habent fidem. Et hoc est ex omnipotenti sapientia Dei, cum inimicos veritatis ipsos testes veritatis efficit, et sua lingua ipsam firmare satagunt. 25. *Consequutus est autem Laban Jacobum. Jacob autem fixit tabernaculum suum in monte: Laban vero constituit fratres suos in monte Galaad.* 26. *Dixit autem Laban ad Jacob: Cur hoc fecisti?* Vide quomodo præceptum Dei magnum illius calorem represit, et furorem refrenavit: et idcirco cum magna mansuetudine colloquium habet cum eo, quasi se excusans, et paternam dilectionem erga illum declarans. Quando enim superna providentia nobis assistit, non solum malorum hominum insidias effugere possumus, sed etsi in bestias ipsas incidamus, nihil adversi nobis evenit. Omnium enim Dominus suæ virtutis præstantiam declarans, bestiarum mutat naturam, easque in oves mansuetas transformat: non quod bestialem eis naturam immutet, sed relictas in natura eas, ovium mores et naturam exhibere satagit. Idque non solum in feris quis videre poterit, sed et in elementis ipsis. Quando enim vult, tunc et elementa ipsa virtutis suæ obliviscuntur, et neque ignis facit quod ignis solet. Et hoc quoque discere poterit aliquis tam in tribus pueris, quam in Daniele (*Dan. 6. 22*). Nam hunc leones sicut oves circumdabant, et superno auxilio retusa eorum ferocitate, nihil illi incommodi dabant. Nam quod ferocitatem non exercentes feræ, eam tamen retinuerint, ii qui feris truculentiores erant reipsa experti sunt.

5. Hoc autem ad majorem illorum accusationem factum est, quia ratione insigniti, crudelitate bestiarum ratione carentes vincebant. Tandemque reipsa didicerunt quomodo ex Domini providentia feræ ipsæ justum sint reveritæ, neque ausæ fuerint ejus corpus attingere: illi vero feras immanitate supera-

<sup>1</sup> Sex Mss., *et ut hujus filia*, καὶ αἱ τοῦτου θυγατέρες.





runt <sup>1</sup>. Et ne putarent hæc ex visu solo ac specie facta esse; per eos qui postea in lacum injecti sunt agnoverunt, eas cum justo viro ovium mansuetudinem imitatas, et naturæ suæ oblitæ esse: cum iis autem qui postea injecti sunt ferociam suam exhibuisse. Similiter et in fornace ignis factum est (*Daniel. 3*). Nam eos qui intus erant reverebatur elementum, et non urebat ignis: sed quasi ligata operatione sua, ita nihil nocebat puerorum corporibus, et neque capillos eorum attingere ausus fuit, quasi mandato alicujus elementum propriam declarare virtutem prohiberetur: eos autem qui extra fornacem erant, absumpsit. In utroque magna Dei potentia declaratur, et quia illi intus manserunt illæsi, et quia qui foris erant, perierunt. Sic quando superno auxilio munimur, non solum effugimus inimicorum insidias, sed etsi in bestias ipsas incidamus, nihil patimur grave. Dei enim manus potentior est omnibus; ipsa nos undique satis munit, et invictos facit: id quod et in justo hoc declaratum est. Nam qui tanto impetu comprehendere Jacobum, et pœnam fugæ de eo sumere volebat; non solum nihil asperum et durum adversus eum loquitur, sed sicut pater filium compellans, ita blandis verbis convenit: dicit enim: 26. *Cur hoc fecisti? quare clam abscessisti? Vide quanta mutatio: vide quomodo is qui ut bestia insaniebat, ovium imitatur mansuetudinem. Quare clanculo discessisti, et mea furtim abstulisti, et abduxisti filias meas quasi captivas gladio? Quare, inquit, hoc fecisti? quid tandem in proposito habuisti? quare sic occulte parasti discessum? 27. Nam si annuntiasses mihi, cum magno honore et lætitia fuissem te prosequutus. Enimvero si hoc scivissem, Cum musicis, et tympanis et cithara prosequutus fuissem te. 28. Non sum dignus habitus osculari filias meas: nunc autem insipienter egisti. Vides quomodo nunc semetipsum arguit, et per linguam suam fatetur, scese quidem justum male afficere paratum fuisse, Dei autem providentiam, a molimine suo ipsum impedivisse. 29. Potest, inquit, manus mea te affligere; Deus autem patris tui heri mihi dixit: Cave tibi ipsi, ne forte loquaris cum Jacob mala. Cogita hic quanta cum consolatione justis emissa fuerint hæc verba, et considera quomodo hic effatur quæ adversus justum decreverit, et qualiter eum comprehendere voluerit, seque timore Dei a malis consiliis cohibitum fuisse. Deus patris tui, inquit. Vide quomodo ipse Laban non parum utilitatis hinc perceperit, maximam ex iis quæ sibi dicta fuerunt virtutis Dei accipiens demonstrationem. Verum quia et tu, inquit, hoc decrevistis, et Deus est qui tantam tui curam gerit, 30. Nunc igitur vade: magno enim desiderio desiderasti abire in domum patris tui. Quare furatus es deos meos? Esto, inquit; hoc decreveris ut abeas in domum patris tui: quare deos meos furatus es? O ingentem insipientiam! talesne sunt dii tui, ut quis eos furari queat? Non erubescis dicens, Quare furatus es deos meos? Vide quanta fuit erroris gravitas, dum ii qui ratione præditi erant, colebant lapides et ligna. Hi*

<sup>1</sup> Hæc verba, *ulti vero feras inhumanitate superarunt*, αὐτοὶ δὲ τὰ τῶν θηρίων αὐτῶ χειρὸν διέθηκον, desunt in multis Mss.

sunt dii tui, o Laban, qui neque cum furaturi se quidam erant, juvare se potuerunt? Qui enim possent qui e lapide sunt confecti? Deus autem justus, ignorante justo, impetum tuum coercuit. Et non cogitas erroris magnitudinem, et justum furti arguis? Quare enim justus illos furari voluisset, quos abominabatur, imo quos sciebat esse sensu vacuos lapides? Porro hæc cum audisset Jacob, primum magna mansuetudine de objectis criminibus se purgat, et tunc ut inquirantur dii jubet. 31. *Dixi enim, inquit, ne forte auferas filias tuas a me, et omnia mea. Quia, inquit, videbam te non bene erga me affectum, anxius fui ne forte conareris auferre filias tuas et facultates meas, atque privare me meis, sicut quondam fecisti. Ista igitur causa timoris fecit, ut clam te abirem. Cæterum 32. Apud quem inveneris deos tuos, non vivet coram fratribus nostris. Vides ignorasse Jacob furtum a Rachele commissum. Vide enim quanta austeritate supplicium decernit ei qui furtum admiserat. Apud quem, inquit, inventi fuerint, non vivet coram fratribus nostris. Non solum, inquit, quia ablatum est, sed et quia furtum qui fecerit, manifestum sui flagitii indicium proferet. Scias si quid est tuorum apud me, et accipe. Scrutare, inquit, num quid abstulerim quod ad me non pertinerit. Nihil aliud in me arguere poteris, quam quod clam abierim: et hoc non sponte feci, sed suspicatus injustitiam, et timens ne velles auferre filias tuas, et alias meas facultates, si id rescires. Et non agnovit apud eum aliquid. Nesciebat autem Jacob quod Rachel uxor sua furata fuisset eos. 33. Ingressus autem Laban scrutatus est domum Liæ, et non invenit. Ingressus est autem et in domum Rachel. 34. Rachel vero accepit idola, et posuit ea subter stramenta camelorum, et sedit super ea. Et dixit patri suo: 35. Ne graviter feras, domine mi: non possum surgere coram te, quia secundum consuetudinem mulierum mihi est. Scrutatus autem est Laban in tota domo ejus, et non invenit.*

6. Magna Rachelis solertia, per quam deludere potuit Labanum. Audiant qui adhuc erroribus sunt addicti, et idololatriam magni faciunt. Posuit ea subter stramenta camelorum, inquit, et sedit super ea. Quid his magis ridiculum? Qui ratione præditi erant, et tantam misericordia Dei assequuti fuerant dignitatem, lapides sensu vacuos putant colendos: nec pudet eos, nec tantam secum reputant absurditatem, sed a consuetudine quasi oves abducuntur? Idcirco Paulus quoque scribens dicebat: Scitis quando gentes eratis, ad idola muta utcumque ducebamini euntes (1. Cor. 12. 2). Et recte dixit, *Muta*. Qui vocem, inquit, habetis et aures, et rationis estis participes, ad ea quæ nullum sensum habent, sicut bruta abducimini. Et qualem qui tales sunt veniam merentur? Sed videamus quomodo justus nunc fiduciam accepit, partim ex iis quæ Laban confessus est, partim quoniam nullum crimen contra se invenerat reprehensione dignum, quid dicit? 36. *Iratus est autem, inquit, Jacob, et contendit cum Laban, et dixit. Vide quomodo etiam expostulando animæ suæ virtutem detegit. Quæ injustitia mea, vel quod pecca-*

tum meum, inquit, quod persecutus es me? Quare, inquit, tanto impetu insectatus es me? qualem injustitiam mihi potes exprobrare? quale peccatum? Neque id satis, nisi et tantam superinduxisses contumeliam, ut scrutareris omnia quæ in domo mea. 37. *Quid invenisti de omnibus vasis quæ in domo tua? Pone hic coram fratribus tuis et fratribus meis, et judicent inter nos duos.* Tanto, inquit, scrutinio facto, potuistine aliquid invenire quod ad me non attineat, vel quod tuum sit? Si invenisti, profer in medium, ut qui hic adsunt apud me et te, iudicium reddant. Quoniam vidit se inculpatum in omnibus, magna sumpta fiducia, enumerat beneficia quæ illi per omne tempus exhibuit, et inquit: 38. *Hi sunt viginti anni, quibus tecum sum.* Pro labore tot annorum, haccine dignus eram contumelia? *Hi mihi viginti anni.* Hodie viginti annorum complevi in domo tua numerum. *Oves tuæ et capræ tuæ steriles non fuerunt, arietes ovium tuarum non comedi: 39. captum a fera tibi non attuli. Ego satisfeci de meo, furta diei et furta noctis.* 40. *Die urebar æstu, et nocte gelu, et discedebat somnus ab oculis meis.* Oblitus es, inquit, laborum quos exantlavi pascens oves tuas et capras? Num potes arguere quod umquam oves vel capræ tuæ fuerint steriles? Vide quantam demonstrat a Deo benevolentiam contigisse domui Laban propter suum adventum. Hoc enim est id quod et supra dicebat: *Benedixit te Deus ad pedem meum.* Hoc enim nullus a pastore exigeret. Neque enim pastoralis artis hoc opus est, sed naturæ. Propterea ante omnia hoc ponit, providentiaque superna factum hoc fuisse in pecudibus ostendit. *Arietes ovium tuarum non comedi.* Num potes, inquit, dicere quod aliquando comederim arietem de gregibus tuis, qui scilicet multorum pastorum mos est? *A bestia captum non attuli tibi.* Neque ipse, inquit, aliquando comedi, neque bestia aliquando rapere potuit. *Num attuli aliquid a bestia captum?* Annon quotidie vides eos, quibus greges crediti sunt, capta a bestiis afferre dominis? At tu nihil tale vel demonstrare vel objicere factum potes in viginti annis. Et quid dico captum a fera? Sed neque si furto ablatum quid, ut sæpe contingit, ad notitiam tuam venire curavi: sed ego pro iis quæ furto ablata fuerunt satisfeci, sive die sive nocte accidisset. Et cum æstus flagraret, ferebam fortiter, similiter et frigus noctis, ut illæsi conservarentur greges tui: ac non hoc solum, sed et ipse somnus propter multam curam discedebat ab oculis meis.

*Increpat negligentes animarum pastores.* — Vidisti pastoris vigilantiam? vidisti intentum studium? Qualem habebunt excusationem ii, quibus rationales greges crediti sunt, magnamque præ se ferunt negligentiam: et quotidie, secundum prophetam, pecudes alias mactant (*Ezech. 54. 3-6*): alias a bestiis captas contemnunt: alias vero ab illis raptas reducere non curant: tametsi minor sit labor, et cura facilior? Anima enim est quæ docetur: illic autem nullus est et corporis et animæ labor.

7. Vide enim quid dicat. *Die urebar æstu, et gelu*

*nocte, et discedebat somnus a me.* Quis hæc nunc potest dicere, se propter eorum salutem quos pascit, tot ferre labores et pericula? Et hoc quidem nunc nullus dicere audet. Paulo autem soli orbis magistro licet hoc filenter dicere, atque his majora. Et ubi, inquis, Paulus hæc sustinuit? Audi eum dicentem: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror* (*1. Cor. 11. 29*)? O pastoris dilectionem! Alienæ ruinæ, inquit, meos dolores augment, aliena scandala fornacem doloris mei succendunt. Hunc omnes imitentur, quibus rationales oves concreditæ sunt, et ne deteriores fiant illo qui tantæ in brutis pecudibus custodiendis vigilantia fuit, idque tot annorum numero. Et illic quidem, si incuria quædam acciderit, nullum damnum: hic autem si vel una ovis rationalis perierit, vel a bestia fuerit capta, grave damnum, maximum detrimentum, ineffabilis pœna. Nam si Dominus noster sanguinem suum proprium effundere pro illa non declinavit, qua venia dignus fuerit, qui sic honoratam a Domino despiciere voluerit, et non omnia quæ potest in curanda ovicula adimpleverit? Cæterum ad seriem sermonis redeamus. 41. *Hi mihi, inquit, viginti anni, quibus sum in domo tua. Servivi tibi quatuordecim annis pro filiabus tuis, et sex annis pro ovibus tuis, et fraudasti mercedem meam decem agnabus.* 42. *Et nisi Deus patris mei Abraham, et Deus Isaac<sup>1</sup> fuisset mihi adjutor, nunc forte me vacuum dimisisses. Humilitatem meam et laborem manuum mearum vidit Deus, et arguit te heri.* Vide quomodo ea quæ confessus est Laban, animarunt justum, ut cum fiducia illum reprehenderet. Vidisti, inquit, quomodo viginti annorum numero servivi tibi, pro filiabus, quatuordecim annis, reliquis autem pro ovibus: tamen privare me voluisti mercede, et non te super hoc argui? Verum ex illis ipsis, quæ tu confessus es, scio quod nisi Deus Abraham et Isaac fuisset mihi adjutor, nunc me vacuum dimisisses et nudum, omnia forte abstulisses a me, et injustitiam, quam proposueras, opere complevisset. Sed Deus qui scit *Humilitatem meam et laborem manuum mearum.* Quid est, *Humilitatem meam et laborem manuum mearum?* Quoniam, inquit, scit Deus quomodo ego magno studio servitutem meam perfecrim, et quantum laborem sustinuerim, pascens oves, die noctuque in curis versatus: ad illa, inquam, respexit benignus Dominus cum heri arguit te: coercuit injustitiam quam adversum me struebas, et irrationabiles tuos conatus. Satis tetigit defendendo se Labanum, et postquam reprehendisset illius in se injustitiam, sua in illum beneficia recensuit. Ideo ille erubescens de iis quæ dixerat, nunc in timorem versus est, et fœdera inire vult cum justo. Vide providentiam Dei. Qui tanto impetu ad persecuendum exierat, tanto timore affectus est, ut ab eo fœdera quæreret. 43. *Respondens autem Laban, dixit ad Jacob: Filia tuæ, filia meæ: et filii tui, filii mei: et pecora tua, pecora mea: et omnia quæcumque tu*

<sup>1</sup> Coisl. et Bibl., metus Isaac., ὁ φόβος Ἰσαάκ.





κροίς αὐτῶν τοῖς τεχθεῖσιν; Οἶδα ὅτι καὶ αἱ θυγατέρες, φησὶν, ἐμαί εἰσι, καὶ πάντα ὅσα σοῖ ἐστίν, ἐκ τῆς ὑπάρξεως τῆς ἐμῆς προσεγένετό σοι. Τί οὖν ποιήσω ταύταις σήμερον, ἢ τοῖς ὑπ' αὐτῶν τεχθεῖσι; Νῦν δεῦρο, διαθώμεθα διαθήκην ἐγὼ τε καὶ σὺ, καὶ ἔσται εἰς μαρτύριον ἀνά μέσον ἐμοῦ τε καὶ σοῦ. Συνθήκας, φησὶ, ποιησώμεθα, Καὶ ἔσται εἰς μαρτύριον ἀνά μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, εἰς Ἐλεγχον, εἰς ἀπόδειξιν. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Εἰ τις παραθῆναι τὰ νῦν παρ' ἡμῶν προταθέντα ἐπιχειρήσειεν, Ἴδου οὐδεὶς μεθ' ἡμῶν· ὁ δὲ Θεὸς μάρτυς ἀνά μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ.

Ἡ Σκόπει πῶς κατὰ μικρὸν ὁ Λάβαν καὶ εἰς θεογνωσίαν ἐνάγεται. Ὁ γὰρ τὴν κλοπὴν πρὸ τούτου τῶν θεῶν αὐτοῦ ἐπιφέρων τῷ δικαίῳ, καὶ τσαυτὴν ἔρευναν ποιησάμενος, νῦν φησὶν· Ἐπειδὴ οὐδεὶς ἐστὶ μετὰ ἡμῶν ὁ δυνάμενος, εἴ τι μετὰ ταῦτα γένοιτο<sup>a</sup>, μαρτυρήσαι τοῖς νῦν παρ' ἡμῶν γινομένοις, ὁ Θεὸς μάρτυς ἀνά μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Ἐκεῖνος πάρεστιν, ὁ τὰ πάντα ὁρῶν, ὃν οὐδὲν λαθεῖν δύναται, ὁ τὴν ἐκάστου γνώμην ἐπιστάμενος. Λαβῶν δὲ, φησὶν, Ἰακώβ ἔστησε στήλην, καὶ ἐποίησε βουνὸν, καὶ ἔφαγον ἐπὶ τοῦ βουνοῦ. Εἶτα εἶπεν αὐτῷ Λάβαν· Ὁ βουνὸς οὗτος μαρτυρεῖ ἀνά μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Τί ἐστίν, Ὁ βουνὸς οὗτος; Ἀντὶ τοῦ, τὰ ῥήματα τὰ ἐνταῦθα γινόμενα ἐν τῷ βουνῷ τούτῳ ὑπόμνησις ἡμῖν ἔσται διηνεκῶς. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, Βουνὸς μαρτυρίου. Εἶτά φησὶν· Ἐπίδοι ὁ Θεὸς ἀνά μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. Σκόπει πῶς πάλιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ δίκην ἐπικαλεῖται ὁ Λάβαν· Ἐπίδοι γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἀνά μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, ὅτι ἀποστησόμεθα ἕτερος τοῦ ἑτέρου. Νῦν, φησὶ, χωρισθησόμεθα, καὶ σὺ μὲν ἀπελεύσῃ εἰς τὴν οἰκίαν γῆν, ἐγὼ δὲ ἐπαυελεύσομαι εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμόν. Εἰ ταπεινώσεις τὰς θυγατέρας μου, εἰ λάβοις γυναῖκας πρὸς ταῖς θυγατράσι μου, ὅρα, οὐδεὶς μεθ' ἡμῶν ἐστὶν ὁ ὁρῶν· Θεὸς μάρτυς. Σκόπει πῶς καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ πολλάκις τὸν Θεὸν καλεῖ μάρτυρα. Καὶ γὰρ ἡ πρόνοια ἡ περὶ τὸν Ἰακώβ γεγενημένη ἐπαίδευσεν αὐτὸν, ὅση τῷ Δεσπότῳ ἡ δύναμις, καὶ ὡς οὐχ οἶόν τε τι λαθεῖν τὸν ἀκόμητον ὀφθαλμόν. Διὰ τοῦτο φησὶ· Κἂν διαχωρισθῶμεν, κἂν μηδεὶς ἕτερος ὁ μαρτυρήσαι δυνάμενος, αὐτὸς ἔσται μάρτυς ὁ πανταχοῦ παρὼν· δι' ἐκάστου τῶν ῥημάτων ἐνέφηεν, ὅτι τῆς πανταχοῦ γῆς ἐστὶ Δεσπότης. Καὶ εἶπεν Ἰακώβ· Ἴδου ἡ στήλη αὕτη μαρτυρεῖ. Εἶτα πάλιν ὁ Λάβαν φησὶν· Ἐάν τε γὰρ ἐγὼ μὴ διαβῶ πρὸς σέ, μήτε σὺ διαθῆς πρὸς ἐμέ τὸν βουνὸν τούτον καὶ τὴν στήλην ταύτην ἐπὶ κακία, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ναχώρ κρίνοι ἀνά μέσον ἡμῶν. Θεὰ πῶς μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ τὸν πάππον τὸν ἑαυτοῦ συνῆψεν, ἀδελφὸν μὲν τοῦ πατριάρχου τυγχάνοντα, ἑαυτοῦ δὲ πάππον. Ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ναχώρ κρίνοι ἀνά μέσον ἡμῶν. Καὶ ὤμοσεν Ἰακώβ κατὰ τοῦ φόβου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἰσαὰκ, [561] καὶ ἔθυσσε θυσίαν ἐν τῷ ὄρει, καὶ ἐκάλεσε τοὺς ἀδελφούς αὐτοῦ, καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ ἐκοιμήθησαν ἐν τῷ ὄρει. Ἐθυσσε θυσίαν ἐν τῷ ὄρει· ἠὲ χαρίστησε, φησὶ, τῷ Θεῷ ἐπὶ τοῖς γεγονόσι· Καὶ ἔφαγον, καὶ ἔπιον, καὶ ἐκοιμήθησαν ἐν τῷ ὄρει. Ἀναστάς δὲ Λάβαν τῷ πρωτῷ κατεφίλησε τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτούς. Καὶ ἀποστραφεὶς Λάβαν ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Εἶδες, ἀγαπητέ, πόση τοῦ Θεοῦ ἡ σοφία, ὅπως κατὰ ταῦτον καὶ τὴν περὶ τὸν δίκαιον πρόνοιαν ἐπ-

εδείξατο, κάκεινον ἀπέστησε τῆς κατ' αὐτοῦ ἀδικίας, καὶ δι' ὧν αὐτῷ παρεγγύησε μὴ λαλήσαι πονηρὰ κατὰ τοῦ Ἰακώβ, εἰς τὴν τῆς θεογνωσίας ὁδὸν κατὰ μικρὸν αὐτὸν ἐνήγαγε, καὶ ὁ καθάπερ θηρίον ἐπιτρέχων, καὶ φθάσαι βουλόμενος καὶ ἀνελεῖν, ἀπολογησάμενος καὶ καταφιλήσας καὶ τὰς θυγατέρας καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, οὕτως οἶκαδε ὑπέστρεψε; Τάχα εἰς πολὺ μῆκος τὸν λόγον ἐξετείναμεν, ἀλλὰ τῆς ἱστορίας εἰς τὴν ἀνάγκην ἡμᾶς ταύτην καταστησάσης.

Διόπερ ἐνταῦθα στήσαντες τὸν λόγον, ἐκεῖνο παρακαλέσωμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, ὥστε πάντα ποιεῖν καὶ πραγματεύεσθαι, ἵνα τὴν ἀνωθεν εὐνοίαν ἐπισπασώμεθα. Ἐὰν γὰρ ἐκεῖνον ἔχωμεν εὐμενῆ, πάντα ἡμῖν ῥάδια ἔσται καὶ εὐκόλα, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ λυπῆσαι δυνήσεται, κἂν λυπηρὸν εἶναι δοκῆ. Τσαυτὴ γὰρ τῆς αὐτοῦ δυνάμειος ἡ ὑπερβολή, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ λυπηρὰ εἰς τὸ ἐναντίον περιτρέπειν, ὅταν βούληται. Οὕτω καὶ Παῦλος ἐν θλίψεσιν ὧν ἔχαιρε καὶ ἠγάλλετο τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀποκειμένων ἀμοιβῶν πτερούμενος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης ἔλεγεν, Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι, διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ θλίψει τυγχάνοντα ἀδείας καὶ ἀνέσεως αὐτὸν ἀπολαύειν παρεσκεύαζεν ὁ Θεός. Τοιοῦτον τοίνυν ἔχοντες Δεσπότην, οὕτω δυνατὸν, οὕτως εὐμήχανον καὶ σοφόν, οὕτω φιλόφρονον, τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωμεν, καὶ τῆς ἀρετῆς πολὺν ποιώμεθα λόγον, ἵνα καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλοφροσύνῃ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΝΗ'.

Καὶ ἀνυβλέψας Ἰακώβ εἶδε παρεμβολὴν Θεοῦ παρεμβεβληκυῖαν, καὶ συνήτησαν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Εἶπε δὲ Ἰακώβ, ἠνίκα εἶδεν αὐτούς· Παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκεῖνου, Παρεμβολαί.

α'. Οἶδα ὅτι κεκμήκατε χθές, εἰς πολὺ μῆκος τοῦ λόγου προελθόντος ἡμῖν· ἀλλὰ καὶ θαρσεῖτε· ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἐστὶ κενός· ἐν Κυρίῳ γὰρ ἐστὶ γινόμενος, δι' ὃν καὶ ὁ πρὸς βραχὺ πόνος μεγάλων μισθῶν πρόξενος γίνεται. Εἰ γὰρ καὶ τὸ σῶμα κέκμηκεν, ἀλλ' ἡ ψυχὴ πλέον ἐρρῶννυτο. Διὸ καὶ αὐτὸς ὁρῶν ὑμῶν ἀκμάζοντα τὸν πόθον, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν διεγυγερμένην, βουλόμενος συστεῖλαι τὴν διδασκαλίαν, οὐκ ἠβουλήθη [562] πρὸς τοῦ τέλους εἰς σιγὴν καταλύσαι τὸν λόγον, εἰδὼς ὡς ταύτη μᾶλλον ὑμῖν χαριουῖμαι. Τὸ γὰρ πλήθος τῶν εἰρημένων μάλιστα ἐδείκνυ τῆς ὑμετέρας φιληκοῖας τὴν πολλὴν σπουδὴν καὶ τὸν ἀκόρεστον πόθον· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς μετὰ πλείονος προθυμίας τῆς πρὸς ὑμᾶς ἄπτομαι διδασκαλίας, ὁρῶν ὑμῶν καθ' ἐκάστην ἡμέραν τὴν ὄρεξιν ἐπιτεινομένην. Φέρε οὖν καὶ σήμερον τὰ ἐξῆς τῶν χθές εἰρημένων κατὰ δύνάμιν ἐπελθόντες, τὴν συνήθη ἐστίασιν παραθῶμεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, καὶ ἴδωμεν, μετὰ τὴν τοῦ Λάβαν ἀναχώρησιν ὅπως ὁ δίκαιος τῆς ὁδοπορίας ἄπτεται. Οὐδὲν γὰρ ἀργὸν τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων ἐστίν, ἀλλὰ πάντα τὰ ὑπὸ τῶν δικαίων γινόμενα μεγίστης γέμει τῆς ὠφελείας. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν τῶν ὄλων Δεσπότην εἶχον διηνεκῶς αὐτοῖς συμπαρόντα, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ὁδοπορίαν πόνους ἐπικουφίζοντα, πολλὴν καὶ ἀπὸ τῆς ψιλῆς αὐτῶν ὁδο-

<sup>a</sup> Sic bene Coisl. Edebatut γένηται. Empt.

vides, mea sunt, et filiarum mearum : quid facerem illis hodie, vel pueris qui ab eis sunt nati? Scio, inquit, quod filiarum mearum sunt, et omnia quaecumque habes, ex substantia mea accesserunt. Quid igitur facerem illis hodie, vel pueris qui ab eis nati? 44. Nunc igitur veni, et ineamus fœdus ego et tu, et erit in testimonium inter me et te. Pacta, inquit, faciamus, *Et erunt in testimonium inter me et te* : in iudicium et demonstrationem. Dixit autem ei : Si quis transgredi attentaverit quæ nunc a nobis sunt proposita : *Ecce nullus nobiscum, Deus autem testis inter me et te.*

8. Considera quomodo paulatim et Laban ad cognitionem Dei ducitur. Nam qui ante hoc arguebat justum de furto deorum suorum, et tantam propter eos scrutationem faciebat, nunc inquit : Quia nullus est inter nos, qui possit, si quid posthac novatum fuerit, testis esse fœderis nostri, Deus testis sit inter me et te. Ille, inquit, adest, qui omnia videt, quem nihil latere potest, qui uniuscujusque mentem agnoscit. 45. *Sumens autem, inquit, Jacob erexit columnam, et fecit collem<sup>1</sup>, et comederunt super collem.* 47. *Et dixit ei Laban : Collis hic testatur inter me et te. Quid est, Collis hic?* Id est, Verba quæ fiunt in hoc colle memoria perpetua nobis erunt. *Et vocavit nomen ejus loci, Collis testimonii.* Deinde inquit : 49. *Aspiciat Deus inter me et te.* Attende quomodo pœnam iterum a Deo deprecatur Laban. *Aspiciat, inquit, Deus inter me et inter te, quia secedemus alter ab altero.* Nunc, inquit, separabimur, et tu quidem ibis in terram propriam, ego autem redibo in domum meam. 50. *Si humiliaveris filias meas, si acceperis uxores ad filias meas, vide, nullus nobiscum est qui videat; Deus testis.* Considera quomodo semel et iterum atque sæpius Deum in testem vocat. Quia providentia, quam expertus erat Jacob, docuit eum quanta esset Domini potentia, et quod impossibile sit aliquid occultum esse oculo qui dormire nequit. Propterea inquit : Etiam si separemur, etiam si nullus alius adsit qui testificari possit, ille testis erit ubique præsens : per singula verba docet ipsum totius terræ esse Dominum. 51. *Et dixit Jacob : Ecce collis ille testatur.* 52. Deinde iterum Laban inquit : *Si enim ego non transiero ad te, neque tu transeas ad me collem hunc et columnam hanc in malitia :* 53. *Deus Abraham, et Deus Nachor judicet inter nos.* Vide quomodo cum patre et avum suum conjunxit, qui frater fuit patriarchæ, ipsius autem avus. *Deus Abraham, et Deus Nachor judicet inter nos.* 54. *Et juravit Jacob per timorem Dei patris sui Isaac, et sacrificavit sacrificium in monte : et vocavit fratres suos : et comederunt, et biberunt, et dormierunt in monte. Sacrificavit sacrificium in monte : gratias, inquit, egit Deo ob ea quæ acciderant ; Et comederunt, et biberunt, et dormierunt in monte.* 55. *Surrexit autem Laban mane, et osculatus est filios suos et filias suas, et benedixit eos. Et reversus Laban abiit in locum suum.* Vidisti, dile-

cte, quanta Dei sapientia, quomodo uno facto et suam erga justum declaravit providentiam, et illum ab injustitia abduxit, et in divinæ notitiæ viam paulatim induxit Labanum, interminando ei ne quid mali contra Jacob loqueretur : et qui quasi fera accurrebat et comprehendere atque interficere volebat, desinit in defensionem, et in filiorum filiarumque deoscultationem, et sic domum redit? Forte prolixius sermo se extendit, sed ignoscite : non hoc sponte admisimus, sed coegit nos historiæ ratio.

*Moralis exhortatio.* — Ideo hic missum facientes sermonem, oramus vestram caritatem, ut omnia faciamus et tractemus, quo supernam nobis conciliemus benevolentiam. Nam si Deum habuerimus amicum, omnia nobis facilia erunt : et nihil nos in præsentia vita contristare poterit, quamvis injucundum esse videatur. Tanta enim ejus virtutis est excellentia, ut etiam ea quæ tristitia sunt, jucunda facere queat. Sic et Paulus in afflictionibus existens gaudebat et exultabat expectatione repositorum honorum animatus (*Rom. 5. 2. 3*). Propterea et propheta dicebat : *In afflictione dilatasti mihi* (*Psal. 4. 2*) : docens nos, Deum se in ipsa afflictione liberum et tranquillum constituisse. Talem igitur habentes Dominum, tam potentem, tam sapientem, tamque misericordem, quod nostrum est asseramus, virtutisque magnam habeamus rationem, ut non solum præsentia, sed et futura bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA LVIII.

*Et elevatis oculis Jacob vidit castra Dei metata, et occurrerunt ei angeli Dei; quos cum vidisset, dixit Jacob : Castra Dei sunt hæc, et appellavit nomen loci illius, Castra* (*Gen. 32. 1.-2*).

1. Scio vos heri defatigatos fuisse, nobis sermonem prolixius extendentibus : sed bono estote animo ; labor vester non est inanis : in Domino enim factus est, propter quem et brevis labor magnam mercedem vobis allaturus est. Nam licet corpus fatigaretur, anima tamen magis confirmabatur. Ideo et ipse videns vestrum fervens desiderium et studium, volebam contrahere doctrinæ sermonem ; sed antequam finiretur historia, nolui, sciens me vobis hac ratione magis gratificaturum. Multitudo enim dictorum satis declarabat inexplebile vestrum desiderium et studium audiendi avidum : propterea et ipse cum majori alacritate vos docere incipio, videns vestram quotidie appetentiam crescere. Age et hodie quæ sequuntur hesternam lectionem pro virili nostra pertractemus, consuetum vestræ caritati convivium proponentes, et videamus, post discessum Laban quomodo justus iter arripiat. Nihil enim supervacaneum in divina Scriptura positum est, sed omnia quæ a justis fiunt, maxima utilitate plena sunt. Quoniam enim universorum Dominum continuo habuerunt co-

<sup>1</sup> *Et fecit collem.* Hæc pluribus narrantur in textu Scripturæ, ubi dicitur Jacob præcepisse fratribus suis ut lapides coacervarent, exque iis collem constituisse.

mitem, et itineris difficultates reddentem faciles, multum etiam nos utilitatis ex parvo eorum itinere possumus percipere. Nam postquam Laban in domum suam abiit, 1. *Et Jacob viam suam perrexit, et elevatis oculis vidit castra Dei castrametata esse, et occurrerunt ei angeli Dei (Caput 32).* Postquam enim cessavit, et finem habuit timor Labani, excepit eum timor fratris: propter hoc clemens Dominus animare justum volens, et omnem ejus metum discutere, fecit ut angelorum videret castra. *Occurrerunt enim, inquit, ei angeli Dei.* 2. *Et dixit Jacob, castra Dei sunt hæc. Et vocavit nomen loci ejus, Castra: ut ex ea appellatione perpetua maneret memoria visionis quæ illic ei contigerat.* Deinde post visionem hanc, 3. *Misit, inquit, ante se nuntios ad Esaû fratrem suum, et mandavit eis, dicens: Sic dicetis domino meo Esaû. Vide et post visionem quantus adhuc timor urgebat justum. Timebat enim fratris violentiam, et angebatur animo, ne forte memoria eorum quæ olim facta sunt impelleret illum ad insidias.* 4. *Dicite, inquit, domino meo Esaû: Sic dicit servus tuus Jacob: Peregrinus fui cum Laban, et longo tempore ibi moratus sum usque nunc, 5. et contigerunt mihi boves, et asinæ, et oves, et servi, et ancillæ, et misi ut annuntiaretur domino meo Esaû, ut inveniatur puer tuus gratiam coram te.* Attende quomodo timeat fratrem: et propterea placare eum volens, præmittat significans ei et reditum suum et substantiam quæ sibi contigerat, et ubi tanto tempore moratus fuerit, ut placato ejus furore clementem reddere possit: id quod et factum est, Deo cor illius demulcente, et illum tractabilem extincta ira faciente. Nam si Labanum qui tanta concitatione persequeretur, deterruit per ea quæ ad ipsum dicebat: multo magis fratrem mansuetiorem erga justum reddidit. 6. *Reversi sunt autem, inquit, dicentes: Venimus ad fratrem tuum, et venit in occursum tuum, et quadringenti viri cum eo.* Vide quomodo et istud ipsum auget metum justii. Neque enim sciebat evidenter mentem fratris: sed ut didicit multitudinem venientium cum illo, formidavit, suspicans ne quasi in bellum contra se veniret, et ita vellet occurrere. 7. *Timuit enim, inquit, Jacob, et perplexus erat.* Formido mentem ejus turbaverat, et nesciebat quid faceret, sed mansit perplexus: propterea timuit quasi de salute sua, et mortem ante oculos habens. *Divisit autem in duas turmas omnem populum qui secum erat.* 8. *Dixit enim, Si venerit ad turmam unam, et percusserit eam, erit adhuc altera, quæ salvabitur.* Talia suggerebant ei timor et magna formido. Videns autem se quasi in reti comprehensum, ad invictum Dominum confugit, et promissiones quæ ei factæ erant repetit ab omnium Deo, quasi dicens ad eum: Nunc venit tempus in quo et propter primogenitorum virtutem, et propter promissionem quæ a te facta est mihi, dignus habear qui tuo adjuver præsidio. 9. *Dixit enim Jacob: Deus patris mei Abraham, et Deus patris mei Isaac, tu qui dixisti mihi, Vade in terram nativitatis tuæ; qui evocasti me, inquit, de terra aliena, et præcepisti ut redirem ad pa-*

trem meum, et in terram nativitatis: 10. *Satis mihi sit<sup>1</sup> de omni justitia et veritate, quam fecisti puero tuo.* Sufficiat mihi, inquit, ad subsidium in præsentis tempore. Qui enim usque ad præsens tempus tantam erga me declarasti providentiam, potes etiam nunc eripere me ab urgentibus periculis. Non enim ignoro, quod *In isto baculo meo transivi Jordanem: sed propter tuam de me sollicitudinem, qui baculum solum gestans abivi in terram alienam, Nunc cum duabus turmis adveni.* Tu igitur, Domine, qui tantam mihi substantiam largitus es, qui tantum incrementum dedisti, nunc 11. *Eripe me de manu fratris mei Esaû: quia timeo ego eum, ne forte percutiat me, et matrem cum pueris.* 12. *Tu dixisti: Beneficiam tibi, et ponam semen tuum sicut arenam maris, quæ numerari nequit præ multitudine.*

2. *Jacob petit a Deo ut suas promissiones impleat; luctatio Jacobi cum angelo; mutatio nominis in Israel; cur humana figura appareant angeli.* — Vide justii religiosum animum, et probum affectum: quomodo non aliud Dominum precatur, quam ut suas promissiones adimpleat. Et de prioribus exhibita gratiarum actione, confessusque se nudum et omnibus destitutum in tantam pervenisse abundantiam, supplicat ut de periculo se liberet. *Dixisti enim, inquit, Ponam semen tuum sicut arenam maris, quæ dinumerari nequit.* Cum igitur orationem suam ad Deum fecisset, et supplicationem precum obtulisset, facit et suum officium. Et acceptis muneribus, inquit, ex iis quæ afferebat, misit fratri, cum segregasset quæ mitterentur, et mandata dedisset, ita ut placaretur etiam per verba animus fratris, et suos nuntiaretur adventus (v. 13. - 19). 20. *Dicite enim, inquit, Ecce puer tuus advenit post nos; ut primum redderetur amicus, et tunc in faciem ejus occurreret.* *Posthac enim, inquit, videbo faciem ejus: forte enim accepta erit ei facies mea.* 21. *Et antecedeabant dona secundum faciem ejus.* Verum vide, obsecro, ineffabilem Dei clementiam, et quomodo semper congruo tempore suam declarat providentiam. Nam de Laban quidem quoniam justus nihil tale suspicabatur, neque sciebat Labanum cum tanta vi invadere se velle, ut clam susceptum ab se discessum ulcisceretur, dictum est apparuisse angelum noctu Labano, et represisse ejus impetum, mandatumque dedisse ne vel asperum verbum loqueretur Jacob: dicebat enim, *Ne loquaris cum Jacob mala (Gen. 31. 24): et hoc ita dispensabat, quo per illius linguam notum fieret justus; ut fidentiori esset animo comperta tanta Dei in se providentia.* Nunc autem, quia frater temporis longitudine mitigatus erat, quieveratque ira et indignatio contra Jacob: hic autem anxius erat, timens et tremens fratris occursum: bonus Dominus non jam Esaû præcipit, (nihil enim contra fratrem meditabatur), sed justum solatur. Nam postquam misisset offerentes munera, et dormivisset, 22. *Surrexit in nocte illa, et uxores duas et filios transmisit in transitu Ja-*

<sup>1</sup> Juxta Coisl. legendum est: *Satis mihi est, et infra: Sufficit mihi.*



τάς δύο γυναίκας καὶ τὰ παιδιά τὴν διάβασιν τοῦ Ἰακώβ· καὶ ἔλαβεν αὐτούς, καὶ διέδθη τὸν χειμάρρουν· Ὑπελείφθη δὲ Ἰακώβ μόνος, καὶ ἐπάλαυνεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ. Μεγάλῃ ἢ τοῦ Δεσπότης φιλανθρωπία. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν συντυχίαν ποιήσασθαι, ἵνα μάθῃ διὰ τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐδὲν ἀηδὲς ὑποστήσεται, ἐν σχήματι ἀνθρώπου παλαίειν μετὰ τοῦ δικαίου καταδέχεται. Εἶτα ὄρων ἑαυτὸν ἡττώμενον ὁ Ἰακώβ, Ἐκράτησε, φησὶ, τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ. Ὅλον δὲ τοῦτο συγκαταβάσεως ἔνεκεν ἐγίγνετο, ἵνα τὴν δειλίαν ἐξέλῃται τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς, καὶ πείσῃ ἐκτὸς πάσης ἀγωνίας τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν συντυχίαν ποιήσασθαι. Κρατήσαντος γὰρ, φησὶν, τοῦ Ἰακώβ τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ, Ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακώβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. Εἶτα ἵνα μάθῃ ὁ Ἰακώβ τὴν δύναμιν τοῦ πρὸς αὐτὸν παλαίειν νομιζομένου, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἀπόστειλόν με· ἀνέβη γὰρ ὁ δρθρος. Αἰσθόμενος τοίνυν ὁ δίκαιος τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως τοῦ ταῦτα εἰρηκότος, φησὶ· Οὐ μὴ σε ἀποστείλω, ἐὰν μὴ με εὐλογήσῃς. Μεγάλων ἤξιώθη, φησὶ, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τὴν ἑμαυτοῦ. Οὐ πρότερον τοίνυν σε ἔασω, μέχρις ἂν τῆς εὐλογίας ἀπολαύσω τῆς παρὰ σοῦ. Εἶτά φησὶ, Τί τὸ δρομά σου ἐστίν; Ὅρα πάλιν συγκατάβασιν. Εἰ γὰρ μὴ ἠρώτησεν, οὐκ ἦδει τοῦ δικαίου τὴν προσήγορίαν; Ἦδει πάντως, ἀλλὰ βούλεται αὐτὸν πιστώσασθαι διὰ τῆς ἐρωτήσεως, καὶ διδάξαι, [565] τίς ἐστὶν ὁ πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενος. Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, Ἰακώβ, φησὶν· Οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ δρομά σου Ἰακώβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἐστὶ τὸ δρομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔση. Εἶδες πῶς ἔδειξε τὴν αἰτίαν ἅπασαν, δι' ἣν τὴν τοσαύτην συγκατάβασιν ἐπεδείξατο, καὶ ὁμοῦ διδάσκει τὸν δίκαιον διὰ τῆς ἐπιτεθείσης αὐτῷ προσήγορίας, τίς ἐστὶν ὃν εἶδε καὶ κατασχεῖν κατηξιώθη. Οὐκ ἔτι γὰρ κληθήσεται, φησὶν, Ἰακώβ τὸ δρομά σου, ἀλλ' Ἰσραὴλ. Ἰσραὴλ δὲ ἑρμηνεύεται, Ὁρῶν Θεόν<sup>α</sup>. Ἐπειδὴ, ὡς ἰδεῖν ἀνθρώπων δυνατὸν, ἰδεῖν κατηξιώθη Θεόν, διὰ τοῦτο καὶ τὴν προσήγορίαν σοὶ ταύτην ἐπιτίθημι, ἵνα πᾶσι τοῖς ἐξῆς κατάδηλον γένηται, οἷας ἤξιώθησιν ὀπτασίας. Καὶ ἐπήγαγεν, Ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔση. Μηδὲ λοιπὸν<sup>β</sup> δέδιθι, μηδὲ βλάβην τινὰ προσδοκήσῃ παρὰ τινος ὑπομένειν. Ὅ γὰρ τοσαύτην ἰσχύον προσλαβὼν, ὡς καὶ μετὰ Θεοῦ δυνατὸς γένηται παλαίσει σε, πολλῶ μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων περίσει, καὶ ἀχείρωτος ἅπασι γενήσῃ.

γ'. Ταῦτα ἀκούων ὁ δίκαιος, καὶ καταπλαγεὶς τοῦ πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενου τὸ μέγεθος, φησὶν· Ἀνάγγειλόν μοι τὸ δρομά σου. Καὶ εἶπεν· Ἴνα τί ἐρωτᾷς τὸ δρομά μου; Καὶ εὐλόγησεν αὐτόν. Ἔσω, φησὶ, τῶν οἰκείων ὄρων μένε, καὶ μὴ ὑπέρθαινέ σου τὰ μέτρα. Εὐλογίας βούλει ἀπολαῦσαι τῆς παρ' ἐμοῦ; Ἰδοῦ, ταύτην σοὶ δωροῦμαι. Εὐλόγησε γὰρ, φησὶν, αὐτόν. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακώβ τὸ δρομά τοῦ τόπου ἐκείνου, Εἶδος Θεοῦ. Εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. Ὅρα πόσον αὐτῷ θάρσος γέγονεν ἀπὸ τῆς ὀπτασίας τῆς γεγεννημένης; Ἐσώθη γὰρ μου, φησὶν, ἡ ψυχή, ἡ

<sup>α</sup> Savil. male ἑρμηνεύεται, νοῦς ὄρων Θεόν, quod in uno tantum ms. habetur: νοῦς enim abest a caeteris omnibus. Legitur in Coisl. Esset potius ἀνὴρ ὄρων Θεόν, vir videns Deum: ut quidam interpretantur, is, ἀνὴρ, vir, Hebraice שׂוֹמֵר. Sed N primum deest in nomine שׂוֹמֵר.

<sup>β</sup> Quinque mss. μηδὲνα λοιπόν, non male.

σχεδὸν ἀποτεθνηκυῖα ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Ἐπειδὴ ἰδεῖν κατηξιώθη πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὸν Θεόν, Ἐσώθη μου ἡ ψυχή. Ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ὁ ἥλιος, ἠνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. Εἶδες πῶς τῆ ἀσθενείᾳ τῆ ἀνθρωπίνῃ συγκαταβαίνων ὁ Δεσπότης πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξασθαι; Καὶ μὴ ξενισθῆς, ἀγαπητὲ, πρὸς τὸ τῆς συγκαταβάσεως μέγεθος, ἀλλ' ἐνόησον ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ πατριάρχου, ἠνίκα παρὰ τὴν δρῦν ἐκαθέζετο, ἐν ἀνθρώπου σχήματι μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐπεξενώθη τῷ δικαίῳ, προμηνύων ἡμῖν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, ὅτι μέλλει ἀνθρωπίνην μορφήν λαμβάνων, οὕτω πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἐλευθεροῦν, καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐπανάγειν.

Ἄλλὰ τότε μὲν, ἐπειδὴ ἀρχὴ καὶ προοίμια ἦν, ἐν σχήματι φαντασίας ἐκάστῳ αὐτῶν ἐφαίνετο, καθάπερ καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ προφήτου φησὶν· Ἐγὼ ἐράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χειρὶ προφητῶν ὁμοιωθήν· ὅτε δὲ κατηξίωσε τὴν τοῦ δούλου μορφήν ἀναλαβεῖν, καὶ τὴν ἀπαρχὴν τὴν ἡμετέραν ἀναδέξασθαι, οὐ φαντασίᾳ, οὐδὲ δοκήσει τὴν σάρκα ὑπέδου, ἀλλ' ἀληθείᾳ. Καὶ διὰ τοῦτο διὰ πάντων τῶν ἡμετέρων ἔλθειν κατεδέξατο, καὶ ἐκ γυναικὸς τεχῆσθαι, καὶ βρέφος γενέσθαι, καὶ σπαργανωθῆναι, [566] καὶ γαλακτοτροφηθῆναι, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ὑποστῆναι, ἵνα πιστώσῃται τῆς οἰκονομίας τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀποβράβη τῶν αἰρετικῶν τὰ στόματα. Διὰ τοῦτο καὶ καθεῦδει ἐπὶ τοῦ πλοίου, καὶ ὁδοιπορεῖ, καὶ κοπιᾷ, καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ὑπομένει ἵνα διὰ τῶν πραγμάτων πάντας πληροφορηθῇ. Διὰ τοῦτο καὶ δικαστηρίῳ παρίσταται, καὶ σταυροῦται, καὶ θάνατον ὑπομένει τὸν ἐπονείδιστον, καὶ ἐν μνημείῳ τίθεται, ἵνα τὰ τῆς οἰκονομίας διὰ πάντων κατάδηλα γένηται. Εἰ γὰρ μὴ κατὰ ἀλήθειαν τὴν σάρκα τὴν ἡμετέραν ἀνέλαβεν, οὐδὲ ἐσταυρώθη, οὐδὲ ἀπέθανεν, οὐδὲ ἐτάφη, οὐδὲ ἀνέστη. Εἰ δὲ μὴ ἀνέστη, πᾶς ὁ τῆς οἰκονομίας λόγος ἀνατέτραπται. Ὅρα εἰς ὅσην ἀτοπίαν ἐκπίπτουσιν οἱ μὴ βουλόμενοι τῷ τῆς θείας Γραφῆς κατακολουθεῖν κανόνι, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ἅπαντα ἐπιτρέποντες; Ἄλλ' ὡσπερ ἐνταῦθα ἀλήθειά ἐστι προφανῆς, οὕτως ἐπὶ τοῦ δικαίου τούτου φαντασία τις ἦν, δι' ἣς ἐχρῆν πληροφορηθῆναι τὸν δίκαιον, ὅσης ἀπολαύει τῆς παρ' αὐτοῦ προνοίας, καὶ ὅτι ἀχείρωτος ἐστὶ πᾶσι τοῖς ἐπιβουλεύειν ἐπιχειροῦσιν. Εἶτα ἵνα μηδένα τῶν εἰς τὸ ἐξῆς λάθῃ ἢ γεγεννημένη αὐτῷ ὀπτασία, Ἐπέσκαζε, φησὶ, τῷ μηρῷ αὐτοῦ. Ἐνεκα τούτου οὐ μὴ φάγωσιν υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον, ὃ ἐνάρκησεν, ὃ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, ὅτι ἠψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ Ἰακώβ, ὃ καὶ ἐνάρκησεν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν δίκαιος ἔμελλε πληρώσει τῆς ζωῆς αὐτοῦ τοὺς χρόνους μεθίστασθαι τοῦ βίου, ἐχρῆν δὲ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένην εἰς αὐτὸν κληρονομίαν, καὶ τὴν τοσαύτην συγκατάβασιν παντὶ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων γνώριμον γενέσθαι, διὰ τοῦτο φησὶν· Οὐ μὴ φάγωσιν υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ, ὃ ἐνάρκησεν. Εἶδὼς αὐτῶν τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ ὅπως ἐπιλανθάνονται τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσιῶν, διὰ τοῦτο σοφισζόμενος διηγεκῆ αὐτοὺς ἔχειν τὴν μνήμην τῶν παρ' αὐτοῦ γεγεννημένων εὐεργεσιῶν, τὰ ὑπομνήματα φυλάττεσθαι αὐτοὺς ἐμηχανήσατο διὰ τῶν τοιούτων παρατηρήσεων· καὶ τοῦτο διὰ πάσης τῆς Γραφῆς ἐστὶν εὐρεῖν. Αὕτη γὰρ μάλιστα ἐστὶν ἡ αἰτία τῶν πλειόνων παρατηρήσεων,

boch; 25. et accepit eos, et transiit torrentem. 24. Relictus est autem Jacob solus, et luctabatur homo cum eo. Magna Domini clementia. Quoniam occursurus erat fratri, ut sciret reipsa quod nihil asperum laturus esset, in figura hominis luctari cum justo voluit. Deinde videns se vinci (a), 25. Apprehendit, inquit, latitudinem femoris ejus. Totum autem hoc factum est, ut se illius humilitati attemperaret, formidinem ex animi justii eximeret, et persuaderet ei, ut citra angorem fratri occurreret. Nam cum tenuisset latitudinem femoris Jacob, *Emarcuit latitudo femoris Jacob, cum colluctaretur ille cum eo.* Deinde ut sciret Jacob virtutem ejus quem secum luctari putabat, dicit ad eum: 26. *Dimitte me; ascendit enim aurora.* Sentiens igitur justus magnitudinem virtutis ejus, qui hæc sibi dixerat, dixit: *Minime te dimittam, nisi me benedixeris.* Magna consequutus sum, et quæ supra meam sunt dignitatem: non prius te relinquam, donec benedictionem a te accipiam. Deinde dicit, 27. *Quod nomen tuum est?* Vide iterum quantum sese humiliet et attemperet. Num si non interrogasset, nescivisset justii nomen? Sciebat utique: sed interrogatione vult ejus fiduciam solidare, et docere quis sit qui ei loquatur. Et postquam dixit, Jacob, 28. inquit: *Non vocabitur nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum. Quoniam si contra Deum fortis fuisti, multo magis contra homines potens eris.* Vidisti quomodo ostendit totam causam, propter quam adeo se demisit, et simul docuit justum per nominis impositionem quis esset quem viderit et comprehenderit. *Non ultra enim vocaberis Jacob, sed Israel erit nomen tuum.* Israël autem, si quis interpretetur, sonat, Videns Deum. Quoniam sicut videre homini possibile est, Deum videre meruisti: propterea et hanc appellationem tibi impono, ut omnibus posteris manifestum sit, quam visionem assequutus fueris. Et subjicit: *Quoniam prevaluisti contra Deum, et contra homines potens eris: nihil amplius time<sup>1</sup>, neque damnum aliquod exspectes, quod ab aliquo feras.* Nam qui tantam virtutem accepisti, ut cum Deo luctari valueris, multo magis homines superabis, et invictus omnibus eris.

3. His auditis justus obstupescens magnitudinem ejus qui secum colloquebatur, dicit ei: 29. *Annuntia mihi nomen tuum. Et dixit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit eum.* Intra tuos limites, inquit, mane, et ne transgrediaris mensuram tuam. Vis meam benedictionem obtinere? Ecce eam tibi do. Dicit enim, *Et benedixit eum.* 30. *Et vocavit, inquit, Jacob nomen loci illius, Speciem Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.* Vides quantum ei fiduciæ a visione sit inditum? *Salva facta est anima*

<sup>1</sup> Quinque Mss., *neminem amplius time.*

(a) Hic series se intricatam exhibere incipit: nam si ita se habeat, ut in Editis et in Manuscriptis omnibus legitur, Jacob ipse in lucta victus fuerit, ipse dixerit: *Dimitte me, ascendit enim aurora.* Et tamen non modo Hebraicus textus, omnesque interpretes hæc verba dicunt esse ejus qui luctabatur cum eo; sed ipse Chrysostomus infra dicit, *Sentiens igitur justus magnitudinem virtutis ejus qui sibi hæc dixerat.* Quamobrem videtur series aliquantum vitiosa esse. Ut ut est, textum, nullo suffragante Codice, mutare non ausi sumus.

mea, quæ erat propemodum mortua præ timore. Quoniam videre mihi datum est Deum facie ad faciem, *Salva facta est anima mea.* 31. *Ortus est autem ei sol, quando præterit visio Dei.* Vidisti quomodo infirmitati humanæ Dominus sese attemperans, omnia agit et tractat, ut suam benignitatem declaret? Et ne admireris, dilecte, quod tanta sit indulgentiæ illius magnitudo: sed cogita quomodo et patriarhæ, cum apud quercum sederet, in hominis figura cum angelis hospes fuerit, præsignans nobis jam multo antea et ab initio se humanam naturam suscepturum esse, ut sic omnem humanam naturam a diaboli tyrannide liberaret, et ad salutem reduceret.

*Veritas incarnationis declaratur; beneficiorum Dei monumenta in Scriptura.*— Verum tunc quidem, quoniam initia et principia erant, in figura unicuique illorum apparebat, sicut ipse per alium prophetam dicit: *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum (Osee 12. 10):* quando autem dignatus est Dominus humanam formam suscipere, et primitias nostras recipere, non in figura neque apparentem tantum carnem, sed veram induit. Et capropter voluit per omnia nostra transire, ex muliere nasci, infans fieri, panniculis involvi, et lacte pasci, alioque omnia ferre, ut dispensationis veritas credibilior esset, et hæreticorum ora obturarentur. Propterea et dormit in navi, et iter facit, et fatigatur, et omnia humana sustinet, ut per res ipsas certisque argumentis persuadeat omnibus. Propter hoc etiam tribunali adstat, et crucifigitur, mortemque sustinet ignominiosissimam, et in sepulcro ponitur, ut sua incarnatio per omnia fiat manifesta. Nam si non vere carnem nostram assumpsit: neque crucifixus est, neque mortuus, neque sepultus, neque resurrexit. Quod si non resurrexit, omnis de incarnatione sermo subversus est. Vides in quantam absurditatem incidunt qui divinæ Scripturæ canonem sequi nolunt, sed suis cogitationibus permittunt omnia? Verum sicut hic perspicua est veritas, ita apud justum illum figura quædam erat, per quam justus multis argumentis certior fieret, quantam suam curam Deus haberet, et invictum se futurum esse omnibus qui sibi insidiarentur. Deinde, ut posteritati nota fieret ejus visio, *Claudicavit, inquit, femore suo.* 32. *Propter hoc non comedunt filii Israel nervum qui emarcuit, qui est super latitudinem femoris, usque in hunc diem: quia attingit nervum super latitudinem femoris Jacob, et emarcuit.* Quoniam enim justus impetis vitæ suæ annis, emigraturus erat ex hac vita: oportebat autem providentiam Dei in illum, et tantam Dei attemperationem omni hominum generi declarari: *Ideo, inquit, non comedunt filii Israel nervum latitudinis femoris, qui emarcuit.* Sciens eorum admodum ingratham mentem, et quam facile obliviscantur Dei beneficia, perpetuo artibus quibusdam efficit ut monumenta habeant eorum quæ a se facta sunt, providetque ut illa monumenta per hujusmodi observationes custodiantur; id quod per Scripturam totam invenies. Hæc enim maxima causa est plurima-

rum observationum, quod velit perpetuo futuras generationes meditari beneficia Dei, et non oblivione unquam obliterantes ad suos errores recurrere : qui mos fuit Judæorum maxime genti peculiaris. Nam qui de beneficiis sæpe summam præ se tulerunt ingratorum voluntatem, multo magis, nisi hoc fuisset factum, omnia quæ a Deo in ipsos facta sunt, e mente sua abjecissent. Cæterum videamus nunc quomodo fratri suo Jacobus occurrerit. Postquam enim ex iis quæ facta sunt, idoneam accepit consolationem et promissionem quod fortis futurus esset, et potens etiam contra homines, 1. *Elevatis oculis vidit, et ecce Esaü frater ejus, et quadringenti viri cum eo. Et divisit Jacob pueros ad Liam et Rachel, et duas ancillas. 2. Et posuit duas ancillas et pueros earum in principio, et Liam et pueros ejus postea, et Rachel ac Joseph postremos. 3. Ipse autem præcessit ante eos et adoravit super terram septies, donec appropinquavit ad fratrem suum (Cap. 28).* Vide quomodo divisione facta, ipse præ omnibus occurrit. *Et adoravit super terram, inquit, septies, donec appropinquavit ad fratrem suum : per gestus, et per adorationem fratrem in sui benevolentiam provocans : id quod et factum est. 4. Nam Esaü occurrens, inquit, amplexatus est eum, et osculatus est, prociditque in collum ejus : et flebant uterque.*

4. Vide dispensationem Dei : quod enim heri dicebam, id etiamnum dicam. Quando vult omnium Dominus suam erga nos declarare providentiam, eos etiam qui atroci in nos animo sunt, ovibus mansuetiores facit. Considera igitur quantam mutationem declarat Esaü. *Accurrit enim, inquit, in occursum ejus, et amplexatus eum osculatus est ; et fleverunt ambo.* Vix tandem justus respiravit et timorem excussit, animosior factus. 5. *Elevatis autem oculis, inquit, Esaü vidit mulieres et pueros, et dixit, Quid hæc tibi sunt? Videns enim fratris facultates, in admirationem adductus est, ideo et rogare voluit. Quid igitur justus? Filii, inquit, sunt, quibus misericorditer donavit Deus servum tuum.* Vide quantum mansuetudinis robor : et quomodo per verborum modestam humilitatem illius indignationem fregit et mitigavit. 6. *Et appropinquaverunt, inquit, ancillæ et filii. 7. Et adoraverunt Lia et Rachel. Et dixit : 8. Quid hæc tibi sunt, omnia castra illa quæ mihi obviam venerunt? Ille autem dixit : Ut inveniat servus tuus gratiam coram te.*

*Humilitate vincit fratrem Jacob.* — Considera, obsecro, quomodo humilitate ingenti fratrem devicerit : et quem putabat affici erga se hostiliter et atrociter, ita invenerit mansuetum ut voluerit in ministerium ejus omne officium suum declarare. 9. *Dixit enim, inquit, sunt mihi multa, frater, sint tibi tua.* Verum neque hoc permisit Jacob, sed monstrans quanti faciat ejus amicitiam, inquit, 10. *Si inveni gratiam coram te, accipe dona de manibus meis. Nam propter hoc videbam faciem tuam, quasi aliquis videat vultum Dei.* Accipe, inquit, dona quæ a me tibi offeruntur. Cum tanta enim jucunditate vidi faciem tuam, cum quanta quis viderit Dei faciem. Hoc magni obsequii gratia dictum est a justo, ut eum demulceret, et ad frater-

2. Hic morbus ab initio et Cain, ut fratrem occideret, armavit. Et sicut isti propter benevolentiam patris, quam erga filium declarabat, odio illum prosequabantur, et impugnare moliebantur, et quotidie ipsius eadem parturiebant: eodem sane modo et ille, ut vidit fratris dona Deo magis accepta fuisse, ad eum occidendum provocatus est, et inquit, *Egrediamur in campum* (Gen. 4. 8). Vides hunc etiam nihil suspicatum, confidisse fratri, et exiisse ac præter animi sententiam in nefariam illam dextram incidisse? Sic sane et admirabilis Joseph nesciens malum fratrum suorum consensum, tamquam cum fratribus cum eis loquebatur, et insomnia ipsa quæ sibi Deus revelaverat, præsignando gloriam sibi obventuram et fratrum subjectionem, in medium proponebat. 5. *Cum enim somniasset, somnium, inquit, annuntiavit fratribus suis, 6. et dixit eis: Audite somnium hoc meum. 7. Putabam nos manipulos ligare in medio agro, et surrexit manipulus meus, et erectus est: circumstantes autem manipuli vestri adoraverunt manipulum meum. 8. Dixerunt autem ei fratres: Num regnans regnabis super nos, aut dominans dominaberis nostri? Et apposuerunt adhuc eum odio prosequi propter somnia et verba sua.* Propterea prius quoque docuit illos odium erga eum antea exhibuisse, ut ne putemus eos hinc sumpsisse odii sui contra eum exordium. Apposuerunt enim adhuc eum odio prosequi: hoc est, multo magis augebant odium et inimicitias contra eum. Et vide miram illorum cæcitatem: ipsi enim somnium exponunt. Non enim est dicendum, eos propter ignorantiam eorum, quæ futura erant, invidiam gessisse contra eum; sed ut futura ex somniis didicerunt, auctum est odium eorum. O ingentem amentiam! Oportebat hoc scientes majorem erga illum benevolentiam declarare, e medio tollere odii causam atque effugare invidentiæ affectum: obtenebrati mente, et non videntes se contra semetipsos omnia facere, multo majore odio in eum exarserunt. Quare, o miseri et calamitosi, tantam declarastis invidiam, non cogitantes et fraternum vinculum, et somniorum revelationem manifestam Dei erga illum declarare benevolentiam? Nolite enim existimare quæ a Deo præsignata sunt, posse subverti. Nam sicut somnium didicistis, ita erit non post multum temporis, etiamsi innumera excogitare volueritis. Solers enim et sapiens cum sit omnium Dominus, ut suæ virtutis declaret potentiam, sæpe multa permittit interponi impedimenta, ut iis quæ sibi pridem visa erant perfectis, summam virtutis suæ declaret eminentiam.

Verum ita se habet invidia, nihil eorum cogitare potest, sed omnino, ut ita dicam, ubi invidus captus ab hoc morbo fuerit, contra suam ipsius salutem facit omnia. Et illi quidem narratione somni odium auxerunt; admirabilis autem Joseph ubi et aliud somnium vidit, non ipsis solum, sed et patri narrat. 9. *Quasi sol et luna et undecim stellæ adorabant me. 10. Et increpavit eum pater suus, et dixit ei: Quod est somnium hoc, quod somniasti? Numquid euntes ibimus ego et mater tua, et fratres tui, ut adoremus te super terram? 11. Æmulati autem sunt eum fratres sui, pater vero observavit verbum.* Sciens pater quod fratres inviderent ei, propter hoc increpavit puerum, et exposuit etiam ipse somnium, ac conjectans a Deo revelationem ei factam, observabat verbum. Verum non ita faciebant fratres. Sed quid? Iterum multo magis æmulabantur. Cur insani fuistis? cur stupidorum opera fecistis? Non cogitastis, secundum insomnia non temere, neque fortuito factum esse: sed ut cum didiceritis omnino futura esse quæ prædicta sunt, cessetis meditari fratricidium, utpote rem molientes impossibilem? Igitur oportebat quidem vos, cum cogitaretis, et in mentem acciperetis fraternam vestram conjunctionem, futuram fratris gloriam pro vestra ducere. Quoniam autem ad hoc non respiciebatis, consequens fuit illud cogitare, vos non contra eum, sed contra omnium Dominum, qui hoc ei jam revelavit, bellum gerere. Verum illi quidem, sicut dixi, neque naturæ vinculum reveriti, neque in mente capientes quanta ille superna benevolentia muniretur, odium quotidie auxerunt: et occulte intra semetipsos rogam accenderunt, neque patre, neque filio tale quidpiam suspicantibus, neque cogitantibus eos in tantam insaniam esse properaturos. Ideo ubi profecti sunt fratres ad greges: 13. *Dixit, inquit, pater ad Joseph: Nonne fratres tui pascunt oves in Sychem? Veni, mittam te ad eos. Dixitque ei: Ecce ego. Vidisti patris erga filios dilectionem? vidisti filii obedientiam? Dixit autem ei: 14. Vade, et vide, num sani sint fratres tui, et oves, et annuntia mihi.*

3. *Joseph figura Christi.* — Hæc autem omnia facta sunt, ut et Josephi erga fratres monstraretur benevolentia, et illorum sanguinaria mens fieret manifesta. Factum est autem et in figuram futurorum, ut in umbra multo antea veritatis res describerentur. Et sicut Joseph ad fratres abiit invisum eos, et illi neque fraternitatem, neque adventus causam reveriti, primum quidem de occidendo illo deliberabant, postea autem vendiderunt barbaris: ita et Dominus noster suam servans misericordiam, advenit invisens humanum genus, et suscepta nostræ formæ carne, dignatus fieri frater noster, sic advenit. Et clamat Paulus dicens: *Non enim angelos assumpsit, sed semen Abraham: unde debuit per omnia fratribus similis fieri* (Hebr. 2. 16. 17). Sed ingrati Judæi animarum corporumque Medicum innumera miracula quotidie patrantem occidere conati sunt, et opere compleverunt animo suo

<sup>1</sup> Savil. et quidam Mss., *erga filium*; minus recte.



αὐτοὶ τὸν πατέρα ἐπισπάζονται, τοῦτο μὲν οὐδὲ εἰς ἔννοιαν λαμβάνουσιν, ἀλλὰ κοινὸν μῖσος περὶ τὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀγαπώμενον ἐπεδείκνυτο. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν, καθάπερ ἐκπολεμούμενοι, οὕτω λανθάνουσαν ἔσωθεν τὴν πονηρίαν τίκτοντες, οὐδὲν εἰρηρικὸν αὐτῷ διελέγοντο, ἀλλὰ μετὰ δόλου προσεφέροντο· ὁ δὲ θαυμάσιος οὗτος τὴν ἀδελφικὴν εὐνοίαν πρὸς αὐτοὺς ἀποσώζων, καὶ οὐδὲν ὑπιδόμενος, ἄτε δὴ ὡς ἀδελφοῖς ἐθάβρει, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα ἀνετίθετο.

β'. Τοῦτο τὸ πάθος καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸν Κάιν εἰς τὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον ὀρμηθεῖν παρεσκεύασε. Καὶ καθάπερ οὗτοι διὰ τὴν εὐνοίαν τοῦ πατρὸς, ἣν περὶ τὸν παῖδα ἐπεδείκνυτο, μισεῖν αὐτὸν παρεσκευάζοντο, καὶ πολεμεῖν ἐπεχείρουν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὠδινὸν τὴν κατ' αὐτοῦ σφαγὴν τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κακίνοιο θεασάμενος ὅτι τὰ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ δῶρα μᾶλλον δεκτὰ γέγονεν, εἰς τὸν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον ἐκινήθη, καὶ φησιν, *Ἐξέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον.* Ὁρᾷ καὶ τοῦτον μηδὲν ὑφορώμενον, ἀλλ' οἷα [585] δὴ ἀδελφῷ πειθόμενον, κατεξιόντα καὶ πάρεργον γινόμενον τῆς μιαιῶς ἐκείνης δεξιᾶς<sup>a</sup>; Οὕτω δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος Ἰωσήφ, οὐκ εἰδὼς τὴν κακίαν τῶν ἀδελφῶν ὁμόνοιαν, ὡς ἀδελφοῖς προσεφέρετο, καὶ τὰ ἐνύπνια, ἅπερ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυπτε, προμηνύων αὐτῷ τὴν περιφάνειαν ἐν ἣ γίνεσθαι ἔμελλε, καὶ τῶν ἀδελφῶν τὴν ὑποταγὴν εἰς μέσον προετίθει. *Ἐνυπνιασθεὶς γάρ, φησὶν, ἐνύπνιον ἀπήγγειλε τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἀκούσατέ μου τοῦ ἐνυπνίου τούτου. Ὁμῆν ἡμᾶς δεσμεύειν δράγματα ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ, καὶ ἀνέστη τὸ ἐμὸν δράγμα καὶ ἀνωρθώθη, περιστραφέντα δὲ τὰ ὑμέτερα δράγματα προσεκύνησαν τὸ ἐμὸν δράγμα. Εἶπεν δὲ αὐτῷ οἱ ἀδελφοί· Μὴ βασιλεύων βασιλεύσεις ἐφ' ἡμᾶς, ἢ κυριεύων κυριεύσεις ἡμῶν; Καὶ προσέθεντο ἔτι μισεῖν αὐτὸν ἕνεκεν τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ καὶ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ.* Διὰ τοῦτο καὶ προέλαβε καὶ ἐδίδασκεν ἡμᾶς, ὅτι ἄνωθεν τὸ μῖσος τὸ πρὸς αὐτὸν ἐπεδείκνυτο, ἵνα μὴ νομίσωμεν ἐντεῦθεν ἀρχὴν αὐτοῦ εἰληφέναι τοῦ κατ' αὐτὸν πολέμου. Προσέθεντο γάρ ἔτι μισεῖν αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ, πολλῶν πλέον ἠῦξανον τὸ μῖσος καὶ τὴν ἐχθρὰν τὴν κατ' αὐτοῦ. Καὶ ὅρα τῆς πηρώσεως τὴν ὑπερβολὴν· αὐτοὶ τὸ ἔναρ διακρίνουσιν. Οὐδὲ γὰρ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι δι' ἄγνοιαν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἐφθόνουν κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ μαθόντες ἐκ τῶν ὀνειράτων τὰ ἐσόμενα, προσθήκην τοῦ μίσους εἰργάζοντο. Ἡ ἀνοίας ὑπερβολή. Δέον τοῦτο γνόντας μᾶλλον εὐνοίαν περὶ αὐτὸν ἐπιδείξασθαι, καὶ ἐκποδῶν ποιῆσαι τοῦ μίσους τὴν αἰτίαν, καὶ τῆς βασκανίας τὸ πάθος ἐξορίσαι, σκοτωθέντες τὸν λογισμὸν, καὶ οὐ συνορῶντες ὅτι καθ' ἑαυτῶν ἅπαντα διαπράττονται, ἐπὶ πλέον ἠῦξανον τὸ κατ' αὐτοῦ μῖσος. Τίνος ἕνεκεν, ὡς ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι, τοσαύτην ἐπιδείκνυσθε τὴν βασκανίαν, οὐκ ἀγνοοῦντες οὔτε τὴν ἀδελφικὴν σχέσιν, οὔτε ὅτι ἡ τῶν ἐνυπνίων ἀποκάλυψις φανεράν δείκνυσι τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ αὐτὸν εὐνοίαν; Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε λοιπὸν τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ μηνυθέντα αὐτῷ δυνατὸν εἶναι ἀνατραπῆναι. Καθάπερ γὰρ τοῦ ὀνείρου τὴν διάκρισιν ἐποιήσασθε, οὕτως ἔσται μετ' οὐ πολὺ, κἂν μυρία ἐπινοῆσαι βουληθῆτε. Εὐμήχανος γὰρ ὢν καὶ σοφὸς ὁ τῶν ἀπάντων Δεσπότης, καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως δεικνύς τὴν παρουσίαν, πολλὰ<sup>b</sup> πολλάκις ἀφήσιν ἐν τῷ μεταξύ κωλύματα γενέσθαι, ἵν' οὕτω τὰ πάλαι αὐτῷ δόξαντα

εἰς ἔργον ἀγαθῶν, μεγίστην ἀποφῆνῃ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν. Ἀλλὰ τοιοῦτον ἡ βασκανία· οὐδὲν τούτων λογίζεσθαι δύναται, ἀλλ' ὅλως, ὡς εἰπεῖν, αἰχμάλωτος γεγονὼς κατὰ τῆς οἰκείας σωτηρίας ἅπαντα διαπράττεται. Καὶ οὗτοι μὲν προσθήκην μίσους εἰργάζοντο διὰ τὴν ἐνυπνίου διήγησιν· ὁ δὲ θαυμάσιος Ἰωσήφ καὶ ἕτερον ἐνύπνιον θεασάμενος οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ πατρὶ διηγείται, καὶ φησιν· *Ὡσπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ἑνδεκά ἀστέρες προσεκύνησαν με. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ πατήρ αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τί τὸ ἐνύπνιον τοῦτο δ' ἐνυπνιασθῆς; Ἄρα γε ἐλθόντες ἐλευσόμεθα ἐγὼ τε [586] καὶ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου προσκυνησά σοι ἐπὶ τὴν γῆν; Ἐξήλωσαν δὲ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὁ δὲ πατήρ διετήρησε τὸ ῥῆμα.* Εἰδὼς τὸν τίκτομενον αὐτῷ φθόνον παρὰ τῶν ἀδελφῶν ὁ πατήρ, διὰ τοῦτο ἐπετίμησε τῷ παιδί, καὶ διακρίνει καὶ αὐτὸς τὸ ἔναρ, καὶ στοχαζόμενος παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀποκάλυψιν αὐτῷ γεγενῆσθαι, διετήρει τὸ ῥῆμα. Ἀλλ' οὐχ οἱ ἀδελφοὶ οὕτως. Ἀλλὰ τί; Πάλιν πολλῶν πλέον ἐξήλωσαν. Τί μεμήνατε; τί ἐξεστηκότων πράγματα διαπράττεσθε; Οὐχ ὁρᾶτε ὅτι ἡ τῶν ἐνυπνίων δευτέρωσις οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ εἰκῆ γένηται, ἀλλ' ἵνα μαθόντες ὅτι πάντως ἔσται τὰ προμηνυθέντα, παύσησθε τῆς φονικῆς ὀρμῆς, ἐννοήσαντες ὅτι ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖτε; Ἐχρῆν μὲν οὖν τὴν ἀδελφικὴν σχέσιν καὶ διάνοιαν ἀναλαβόντας, καὶ οἰκείαν κρίνειν εὐδοκίμησιν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ μέλλουσαν ἔσεσθαι περιφάνειαν. Ἐπειδὴ δὲ ταύτης ὑμῖν οὐδεὶς λόγος, κἂν ἐκεῖνο λογίσασθαι ἦν ἀκόλουθον, ὅτι οὐ πρὸς αὐτὸν ὑμῖν ὁ πόλεμος, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀπάντων Δεσπότην τὸν ταῦτα αὐτῷ ἤδη ἐκκαλύψαντα. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, καθάπερ ἐφθην εἰπὼν, οὐδὲ τὴν φύσιν αὐτὴν αἰδοῦμενοι, οὔτε τὴν ἄνωθεν γινομένην περὶ αὐτὸν εὐνοίαν ἐν νῷ λαβόντες, τὸ μῖσος καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπέτεινον, καὶ λανθανόντως τὴν πυρὰν παρ' ἑαυτοῖς ἀνῆπτον<sup>c</sup>, οὐδὲν οὔτε τοῦ πατρὸς, οὔτε τοῦ νέου τοιοῦτόν τι ὑποπτεύοντος, οὐδ' ὅτι πρὸς τοσαύτην μανίαν ἐλαύνειν ἔμελλον. Διὸ καὶ πορευθέντων τῶν ἀδελφῶν εἰς τὰ ποιμνία, *Εἶπεν ὁ πατήρ τῷ Ἰωσήφ· Οὐχ οἱ ἀδελφοί σου ποιμαίνουσιν εἰς Συχέμ; Δεῦρο, ἀποστείλω σε πρὸς αὐτούς. Εἶπε δὲ αὐτῷ, Ἴδου ἐγώ. Εἶδες πατὴρ πρὸς παῖδας<sup>d</sup> φιλοστοργίαν; εἶδες παιδὸς ὑπακοήν; Εἶπε δὲ αὐτῷ· Πορευθεὶς ἴδε εἰ ὑγιαίνουσιν οἱ ἀδελφοί σου, καὶ τὰ πρόβατα, καὶ ἀνάγγειλόν μοι.*

γ'. Ταῦτα δὲ πάντα ἐγένετο, ἵνα καὶ τοῦ Ἰωσήφ δεῖχθῆ ἡ περὶ τοὺς ἀδελφοὺς εὐνοία, κακείνων κατάδηλος γένηται ἡ φονικὴ γνώμη. Ἐγένετο δὲ καὶ τύπος τῶν ἔσεσθαι μελλόντων, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ προδιεγράφετο τὰ τῆς ἀληθείας πράγματα. Καὶ ὡσπερ ὁ Ἰωσήφ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἀπῆει ἐπισκεψόμενος αὐτούς, κακείνοι οὐκ αἰδεσθέντες οὔτε τὴν ἀδελφότητα, οὔτε τὴν αἰτίαν τῆς παρουσίας, πρότερον μὲν ἀνελεῖν ἐβουλεύοντο, ἔπειτα δὲ καὶ ἐπίπρασκον τοῖς βαρβάροις· οὕτω καὶ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, παραγέγονεν ἐπισκεψόμενος τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ τὴν ὁμογενῆ ἡμῖν σάρκα ἀναλαβὼν, καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν γενέσθαι καταξιώσας οὕτω παραγέγονε. Καὶ βῆ Παῦλος λέγων· Οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ, ὃθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. Ἀλλ' οἱ ἀγνώμονες Ἰουδαῖοι τὸν τῶν σωματίων καὶ τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρὸν, τὸν μυρία θαύματα καθ' ἑκά-

<sup>a</sup> Mira oratoris licentia. Ἔργον enim est id quod agendum suscipitur, πάρεργον opus quod aliud agenti offertur exsequendum, et ut plurimum praeter expectationem. Itaque caedes Abelis πάρεργον Abeli fuit, non autem Caino.

<sup>b</sup> F. Coisi. accessit πολλά, quod agnoscit interpres. Εἰ.

<sup>c</sup> Quatuor mss. καὶ λανθάνοντες τὴν πυρὰν καθ' ἑαυτούς ἀνῆπτον.

<sup>d</sup> Savil. et quidam mss. πρὸς παῖδα.

στην ἡμέραν ἐργαζόμενον ἀνελεῖν ἐπεχείρουν, καὶ εἰς ἔργον ἤγαγον τὴν φονικὴν αὐτῶν γνώμην, καὶ ἐσταύρωσαν τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἀναλαβεῖν καταδεξάμενον. Ἄλλ' οὗτοι μὲν καὶ ἐπεχείρησαν, καὶ σταυρῶ παραδόντες ἀνείλον· ἐκεῖνοι δὲ ἐβουλεύσαντο μὲν, οὐκ ἤγαγον δὲ εἰς ἔργον τὰ βουλευθέντα. [587] Ἔδει δὲ τὸν τύπον ἑλάττον ἔχειν τῆς ἀληθείας, ἐπεὶ οὐκ ἂν εἶη ἐκεῖνα τύπος τῶν μετὰ ταῦτα ἐσομένων. Διὰ τοῦτο ἐκεῖ μὲν ὡσπερ ἐν σκιᾷ προσγράφη. Καὶ ἐνόησον τὸ θαῦμα. Οὐκ ἀνείλον, ἀλλὰ πεπράκασιν, καὶ τὸν χιτῶνα τῷ αἵματι τοῦ ἐρίφου μολύναντες ἤγαγον τῷ πατρὶ, πείσαι βουλόμενοι ὅτι ἀνηρέθη ὁ παῖς. Ὁρᾷς ὅτι ἅπαντα ταῦτα ἐγένετο, ἵνα καθάπερ ἐν σκιᾷ, οὕτως ἡ εἰκὼν μόνη τῶν πραγμάτων γένηται, καὶ ἡ ἀλήθεια φυλάττηται; Ἄλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου τὸ λοιπὸν ἐπανέλθωμεν. Ἀπέστειλεν αὐτὸν, φησὶν, ὁ πατήρ αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς Συχέμ. Καὶ εὗρεν αὐτὸν ἄνθρωπος πλανώμενον ἐν τῷ πεδίῳ. Ἠρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος, λέγων· Τί ζητεῖς; Ὁ δὲ εἶπε· Τοὺς ἀδελφούς μου ζητῶ. Ἀνάγγειλόν μοι, ποῦ βόσκουσι. Σκόπει πῶς οὗτος μὲν μετὰ σπουδῆς ποιεῖται τῶν ἀδελφῶν τὴν ἐπιζήτησιν, καὶ περιεργάζεται καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ πάντα ποιεῖ ὥστε αὐτούς ἰδεῖν. Εἶπε δὲ αὐτῷ, φησὶν, Ἔκρουσα αὐτῶν λεγόντων· Πορευθῶμεν εἰς Δωθαίμ. Καὶ ἐπορεύθη Ἰωσήφ, καὶ εὗρεν αὐτούς. Προεῖδον δὲ αὐτὸν μακρόθεν πρὸ τοῦ ἐγγίσει αὐτὸν, καὶ ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτόν. Ἐνόει μοι ἐνταῦθα τοῦ Θεοῦ τὴν εὐμήχανον σοφίαν, ὅπως οὗτοι μὲν εἰς τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον εἶχον τὴν ὀρμὴν· ὁ δὲ τὰ πάντα ποιῶν καὶ μετασκευάζων συγχωρεῖ τὰ ἐν μέσῳ πάντα κωλύματα γενέσθαι, ἵνα τὸν οἰκεῖον ἀθλητὴν λαμπρότερον ἀποδείξας, ὕστερον ἐπαγάγη τῶν ὄνειράτων τὴν ἔκβασιν. Προεῖδον, φησὶν, αὐτόν, καὶ ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτόν. Εἶπε δὲ ἕκαστος πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· Ἴδού ὁ ἐνυπνιαστὴς ἐκεῖνος ἔρχεται· τῶν οὖν δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν, καὶ ῥίψωμεν αὐτόν εἰς ἓνα τῶν λάκκων, καὶ ἐροῦμεν, θηρίον πονηρὸν κατέφαγεν αὐτόν, καὶ ὀψόμεθα τί ἐστὶ τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ.

Εἶδες ὅτι τῶν ἐνυπνίων τὴν ἔκβασιν προσδοκῶντες, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπεχείρουν; Ἄλλ' ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐχ οἷόν τε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ προαγορευθέντα μὴ εἰς ἔργον ἐλθεῖν, καὶ βουλεύονται καὶ ἐπιχειροῦσι καὶ τὰ τῆς οἰκείας πονηρίας ἐπιδείκνυνται· καὶ ὁ σοφὸς καὶ εὐμήχανος Θεὸς αὐτούς ἐπιβουλεύοντας ὑπηρετήσασθαι καὶ ἄκοντας παρασκευάζει πρὸς τὴν οἰκονομίαν τῶν μελλόντων ἕσεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ συνεφώνησαν πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον, καὶ τῇ γνώμῃ τὴν σφαγὴν ἤδη ἐπεδείξαντο, Ἀκούσας, φησὶ, Ῥουθὴν ἐξέλτετο αὐτόν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ εἶπεν· Οὐ πατάξωμεν αὐτόν εἰς ψυχὴν· μὴ ἐκχέητε αἷμα· ἐμβάλλετε αὐτόν εἰς τὸν λάκκον τοῦτον τὸν ἐν τῇ κρήμῳ, χεῖρα δὲ μὴ ἐπενέγκητε αὐτῷ· ὅπως ἐξέλθεται αὐτόν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ ἀποδῶ αὐτόν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Ὅρα καὶ τοῦτον πῶς οὐ τολμᾷ φανερῶς ἐξελέσθαι τὸν ἀδελφόν, ἀλλὰ τέως τὴν φονικὴν αὐτῶν ὀρμὴν ἀναχαιτίζει βουλόμενός φησι, Μὴ ἐκχέητε αἷμα, ἀλλ' ἐμβάλλετε αὐτόν εἰς τὸν λάκκον. Καὶ διδάξαι ἡμᾶς βουλομένη ἡ θεία Ἰραφή τὸν σκοπὸν τοῦ Ῥουθὴν, φησὶ· Ταῦτα δὲ ἐποίει, ὅπως ἐξέλθεται αὐτόν, καὶ ἀποδῶ πατρὶ αὐτοῦ. Καὶ τούτων ταῦτα βουλευομένων οὐδέπω ὁ Ἰωσήφ ἦν παραγεγονώς, ἀλλὰ μετὰ τὸ πληρωθῆναι ταύτην αὐτῶν τὴν διάλεξιν, Ἦλθε, φησὶν, Ἰωσήφ πρὸς τοὺς ἀδελφούς αὐτοῦ. [588] Δέον τοίνυν

ἐκεῖνους προσδραμεῖν τῷ ἀδελφῷ, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ μαθεῖν τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῖς δηλωθέντα, οἱ δὲ καθάπερ τινὲς ἄγριοι θῆρες ἀρνίον θεασάμενοι ἐπιπηδῶσι, καὶ Ἐξέδυσαν, φησὶ, τὸν Ἰωσήφ τὸν χιτῶνα τὸν ποικίλον, καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐρρίψαν εἰς τὸν λάκκον. Ὁ δὲ λάκκος ἦν κενός, ὕδωρ οὐκ ἔχων. Καθάπερ συνεβούλευσεν ὁ Ῥουθὴν, οὕτως ἐποίησαν· καὶ ῥίψαντες αὐτόν, Ἐκάθισαν τοῦ φαγεῖν ἄρτον. Ὡς τῆς ὀμότητος, ὡς τῆς ἀπανθρωπίας. Ἐκεῖνος μὲν τοσαύτην ὁδὸν διήνυσε, καὶ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς τὴν ἐπιζήτησιν αὐτῶν ἐποίησατο, ὥστε καὶ ἰδεῖν καὶ ἀπαγγεῖλαι τῷ πατρὶ τὰ κατ' αὐτούς· ἐκεῖνοι δὲ καθάπερ βάρβαροί τινες καὶ ἀνήμεροι, ἐπειδὴ συνεβουλεύθησαν ὑπὸ τοῦ Ῥουθὴν μὴ ἐκχέειν τοῦ ἀδελφοῦ τὸ αἷμα, τὸν διὰ τοῦ λιμοῦ θάνατον αὐτῷ κατεσκευάζον. Ἄλλ' ὁ φιλόανθρωπος Θεὸς ταχέως αὐτὴν ἐρρύσατο τῆς τῶν ἀδελφῶν μανίας. Καθίσαντες γὰρ, φησὶ, φαγεῖν ἄρτον, εἶδον ὁδοιπόρους Ἰσμαηλίτας ἐρχομένους, καὶ ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον τὴν ὀρμὴν ἔχοντας. Καὶ εἶπεν Ἰούδας· Τί χρήσιμον, ἐὰν ἀποκτείνωμεν τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ κρύψωμεν τὸ αἷμα αὐτοῦ; Δεῦτε, ἀποδώμεθα αὐτόν τοῖς Ἰσμαηλίταις τούτοις· αἱ δὲ χεῖρες ἡμῶν μὴ ἔστωσαν ἐπ' αὐτόν, ὅτι ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ σῆρξ ἡμῶν ἐστίν.

δ'. Ὅρα πῶς καὶ πρότερον ὁ Ῥουθὴν ἐλάττονι κακῷ τὸ μείζον ἐκώλυσε· καὶ νῦν πάλιν ὁ Ἰούδας πρᾶθῆναι συμβουλεύει τὸν ἀδελφόν, ὥστε τῆς σφαγῆς αὐτὸν ἐξαρπάσαι. Τοῦτο δὲ ὅλον ἐγένετο, ἵνα πληρωθῇ καὶ ἀκόντων αὐτῶν τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ προβῆθέντα, καὶ ὑπηρετοῦνται τῇ οἰκονομίᾳ. Καὶ δεξάμενοι, φησὶ, τὴν συμβουλὴν τοῦ Ἰούδα, ἀναβιβάσαντες αὐτόν ἀπὸ τοῦ λάκκου, ἀπέδοντο αὐτόν τοῖς Ἰσμαηλίταις εἴκοσι χρυσῶν. Ὡς συναλλάγματος παρανόμου, ὡς κέρδους ὀλεθρίου, ὡς πράσεως ἀδικωτάτης. Τὸν τὰς αὐτὰς ὑμῖν ὠδῖνας λύσαντα, τὸν οὕτω τῷ πατρὶ περιπόθητον, τὸν εἰς ἐπίσκεψιν ὑμετέραν παραγενόμενον, τὸν οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ποτὲ ὑμᾶς ἀδικήσαντα πιπράσκειν ἐπιχειρεῖτε, καὶ πιπράσκειν βαρβάροις ἀνθρώποις καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον κατιοῦσι; Τίς ἡ τοσαύτη μανία; τίς ὁ φθόνος; τίς ἡ βασκανία; Εἰ μὲν γὰρ τὰ ὄνειρατα δεδοικότες τοῦτο ποιεῖτε, ὡς πεπεισμένοι ὅτι δὴ πάντως ἐστὶ, τίνος ἕνεκεν ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖτε, καὶ διὰ τῶν παρ' ὑμῶν γινομένων τὸν πρὸς τὸν Θεὸν πόλεμον ἐπιδείκνυσθε, τὸν ταῦτα αὐτῷ προαγορεύσαντα; Εἰ δὲ οὐδὲν ἠγεῖσθε τὰ ὄνειρατα, ἀλλὰ λῆρον αὐτὰ εἶναι νομίζετε, διὰ τί ταῦτα διαπράττεσθε, ἃ διηνεκῇ ὑμῖν τὴν κηλῖδα προξενήσει, καὶ πένθος ἀδιάλειπτον ἀπεργάσεται τῷ πατρὶ; Ἄλλ' ὡς τῆς ὑπερβολῆς τοῦ πάθους, μᾶλλον δὲ τῆς μαιφόνου γνώμης. Ὅταν γὰρ τις ἐκδῶ ἑαυτὸν κατὰ τινα ἄτοπον πρᾶξιν, καὶ ὑποβρύχιος γένηται ὑπὸ τῆς τῶν λογισμῶν ἀτοπίας, οὐ τὸν ἀκοίμητον λαμβάνει πρὸ ὀφθαλμῶν ὀφθαλμῶν, οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν αἰδεῖται, οὐχ ἕτερόν τι τῶν δυναμένων αὐτόν εἰς συμπάθειαν ἀγαγεῖν, ὅπερ καὶ οὗτοι πεπόνθασιν· οὐχ ὅτι ἀδελφὸς ἦν ἃ, οὐχ ὅτι νέος, οὐχ ὅτι περιπόθητος τῷ πατρὶ, οὐχ ὅτι ἀπειρος ὢν τῆς ἐν ξένη διαγωγῆς, καὶ τῆς ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβῆς, [589] τοσαύτην μέλλει χώραν διαβαίνειν, καὶ βαρβάροις συνοικεῖν· ἀλλὰ πάντα σώφρονα λογισμὸν ἀπώσάμενοι, ἐνὸς μόνου ἐγένοντο, τοῦ τὸν οἰκεῖον φθόνον, ὡς ἐνόμιζον, τέως εἰς ἔργον ἀγαγεῖν. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν τῇ γνώμῃ ἀδελφοκτόνοι γεγονάσιν· ὁ δὲ ταῦτα παθὼν ὑπ' αὐτῶν ἅπαντα γενναίως ὑπέμενε.

Ἡ γὰρ ἄκωθεν χεῖρ ἦν αὐτῶν ἡ φρουροῦσα, καὶ πάντα τὰ δυσχερῆ ῥάδια καὶ εὐκολὰ ἐργαζομένη.

<sup>a</sup> Boisins addendum censet ἐνενόησαν, vel ἐλογίσαντο, vel εἰς ἐννοίαν ἔλαβον, vel tale quid.

decretam eadem; ac crucifixerunt eum qui propter nostram salutem servi formam suscipere dignatus est. Et isti quidem apprehensum, et cruci traditum occiderunt: illi autem consultabant quidem, sed opere quod consulebant non impleverunt. Oportebat autem figuram minus habere, quam veritatem: quia alioqui non fuisset figura eorum quæ posthac futura erant. Propterea illic quidem quasi in umbra præsignata sunt. Et animadvertite rem mirabilem. Non occiderunt, sed vendiderunt, et vestem hædi sanguine inquinantes dederunt patri, persuadere volentes occisum fuisse filium suum. Vides omnia hæc facta esse, ut quasi in umbra imago illa rerum fieret, et veritas custodiretur? Sed ad seriem sermonis redeamus. *Et misit eum, inquit, pater, et venit in Sychem. 16. Et invenit eum homo errantem in agro. Rogavit autem eum homo dicens: Quid quæris? 16. Ille autem dixit: Fratres meos quæro. Annuntia mihi, ubi pascant oves.* Considera quomodo hic magno studio de fratribus suis inquit, et curioso perlustrat, et omnia facit ut eos videre possit. *17. Dixit autem ei, inquit, homo: Audivi eos dicentes, Eamus in Dothaim. Et ivit Joseph, et invenit eos. 18. Prius autem viderunt eum a longe antequam appropinquaret ad se, et maligne cogitabant, ut occiderent eum.* Considera hic, quæso, Dei providam sapientiam, quomodo illi quidem concitati erant in eadem ejus: ipse autem omnia faciens et transmutans permittit interim omnia impedimenta obijci, ut athleta suo clariore facto, postremum somniorum adducat eventum. *Prius autem viderunt eum, inquit, et maligne cogitabant ut occiderent eum. 19. Dicebat autem unusquisque ad fratrem suum: Ecce somniator ille venit: 20. nunc igitur venite, occidamus eum, et projiciamus eum in lacum unum ex his, et dicemus, Mala bestia devoravit eum, et videbimus quid erunt somnia ejus.*

*Quæ sunt a Deo prædicta nequeunt impediri.* — Vidisti, eos somniorum eventum expectantes occidere eum conatos esse? Sed ut discant, non esse possibile ea quæ a Deo sunt prædicta, non opere compleri, consultant et attentant, et suam declarant malitiam: at sapiens et sagax Deus insidiatores ministrare etiam invitos cogit dispensationi futurorum. Quoniam enim conspiraverant in mortem ejus, et in proposito jam occiderant: *21. Ut audivit, inquit, Ruben, eripuit eum ex manibus eorum, et dixit: 22. Non percutiamus eum in animam: non effundite sanguinem; abjicite eum in lacum illum in solitudine, manum autem non injicite in eum: ut eum eriperet ex manibus eorum, et redderet eum patri suo.* Vide et istum, quomodo non audet manifeste eripere fratrem, sed jam occidendi conatum et impetum refrenare volens, dicit: *Non effundite sanguinem, sed abjicite eum in lacum.* Docere enim nos volens divina Scriptura scopum et mentem Ruben, dicit. Hæc autem faciebat, *Ut eriperet eum, et redderet patri suo.* Et cum illi hæc consultarent, nondum Joseph advenerat, sed postquam colloquium hoc absolverunt, *23. Venit, inquit, Joseph ad fratres suos. Cum igitur oportuisset illos occurrere fratri, et*

amplexari, et quomodo se pater haberet, inquirere, illi vero quasi feræ quædam, ubi agnum conspicuæ fuerint, assiliunt, et *Exuerunt, inquit, Joseph veste varia, 24. et acceptum eum projecerunt in lacum. Lacus autem erat vacuus, aquam non habens.* Quemadmodum consuluerat Ruben, ita fecerunt. Et injecto illo, *Sederunt ad comedendum panem.* O crudelitatem! o inhumanitatem! Ille quidem tantum itineris confecerat, et tanto studio de eis inquisierat, ut videret et annuntiaret patri quomodo se haberent res illorum: illi vero quasi barbari et inhumani, quia consuluerat eis Ruben ne effunderent sanguinem fame occidere volebant. Sed benignus Deus statim eum liberavit ab insania fratrum. *25. Cum enim consedisent ad comedendum panem, viderunt Ismaelitas viatores venientes, et Ægyptum versus euntes. 26. Et dixit Judas: Quid prodest si occiderimus fratrem nostrum, et occultaverimus sanguinem ejus? 27. Venite, vendamus eum Ismaelitis istis: manus autem nostræ non sint super eum, quia frater noster et caro nostra est.*

4. Vide quomodo et prius Ruben minore malo majus prohibuit, et nunc quoque Judas consulit ut vendatur frater, quo eum ab interitu eripere queat. Hoc autem totum ita gestum est, ut etiam invitis illis quæ a Deo prædicta fuerant evenirent, et dispensationi divinæ servirent. *Et probato, inquit, consilio Judæ, 28. eduxerunt eum de cisterna, et vendiderunt Ismaelitis viginti aureis.* O iniquam permutationem! o damnosum lucrum! o injustissimam venditionem! Eum qui vobis sanguine conjunctissimus erat, quem pater maxime amabat, qui ad visendum vos venerat, qui numquam vos vel in parvo, vel in magno offenderat, vendere audetis; et vendere hominibus barbaris, et in Ægyptum descendantibus? Quæ tanta insania? quæ invidia? quis livor? Nam si hoc metu somniorum facitis, ut persuasi hæc omnino eventura esse: quare impossibilia attentatis, et factis vestris contra Deum bellum assumitis, qui hæc ei prædixerat? Quod si nihili facitis somnia, sed existimatis esse delirium, quare hæc agitis quæ perpetuam vobis maculam inurant, et luctum indesinentem patri vestro afferant? Sed o gravissimum morbum, imo mentem sanguinariam! Cum enim quis nefarium opus aggreditur, et obruitur a cogitationibus absurdis, is neque proponit ante oculos oculum illum qui non quiescit: neque reveretur naturam ipsam, neque attendit aliquid quod ad commiserationem se possit inducere; id quod et illis evenit. Non enim cogitabant quod frater esset, neque quod adolescens, neque quod tam amabilis patri, neque quod nunquam in terra aliena vixisset, et apud externos nunquam ante conversatus, nunc in terra tam semota inter barbaros habitaturus esset: sed omni honesta cogitatione abjecta unum dumtaxat curabant, quomodo invidiam suam, ut putabant, opere explerent. Et illi quidem mente fratricidæ erant: qui autem ab eis passus est, omnia fortiter tulit.

*Manus Domini custodit Joseph.* — Custodiebat enim eum manus superna, et omnia difficilia faciebat ei facilia et levia. Quando enim superna benevolentia

fruimur, etiam inter medios barbaros, et in aliena regione melius et commodius versari possumus, quam ii qui domi habitant, et quibus summa cura ministratur: sicut etsi in domo versemur, et omnibus deliciis frui videamur, destituti autem simus superno præsidio, omnibus sumus miseres. Magnum enim est virtutis robur, et malitiæ infirmitas: et hoc maxime ostendit nobis historia, quam in manibus habemus. Dic enim quos miseros et innumeris lacrymis dignos esse putas, illosne qui tanta mala fecerunt, an fratrem qui in potestatem barbarorum venerat? Manifestum quod illos. Cogita enim, obsecro, hic admirabilem illum, qui tanta ministrorum cura educatus, et in ulnis paternis semper habitus fuit, quomodo repente coactus est ferre gravem servitutem apud viros barbaros, non meliores ipsis bestiis. Sed omnium Dominus erat, qui et illos humanos reddebat, et isti in omnibus patientiam indebat. Et cum vendidissent fratrem, quasi perfecissent propositum suum affecti fuere, illo ablato videlicet e medio, cui invidabant. 29. *Reversus est autem, inquit, Ruben ad cisternam, et non vidit Joseph; et dirupit vestimenta sua, 30. et rediit ad fratres suos, et dixit: Puer non est, ego vero quo ibo ultra? Quoniam enim supra docuit divina Scriptura, eum propterea consuluisse eum in cisternam conjiciendum, ut ex sanguinariis manibus illum eriperet et redderet patri: nunc, inquit, ubi vidit se voti compotem non esse, discidit vestimenta sua, et dixit: Puer non est, ego autem quo vadam? Qualem habebimus defensionem, et maxime ego qui vobis præesse videor? Putabat enim eum occisum fuisse. At postquam factum est quod quærebant, et in alienam terram miserunt eum quem odio habebant, atque invidiam suam aliquo modo mitigarunt: postea magna industria cogitarunt ut deluderent patrem, ne mala sua conspiratio illi manifesta fieret. 31. *Et occiso hædo caprarum, inquinaverunt vestem sanguine, 32. et attulerunt vestem patri suo, et dixerunt: Cognosce num vestis filii tui sit, necne. Quid decipitis vosmetipsos, o insensati? Nam licet patrem decipere possitis, non tamen latebitis oculum illum qui sopiri nequit, quem maxime omnium formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura, imo ita se habet multorum nequitia, ut humanum timorem et præsentis vitæ infamiam tantum maxime caveant, in mente autem non versent terribile illud tribunal, et intolerabilem pœnam, sed hoc unum curent, quomodo effugere possint humanam reprehensionem: id quod et illi egerunt, dum patrem suum decipere molirentur. 33. *Agnovit enim, inquit, vestem pater, et dixit: Vestis filii mei est: fera mala devoravit eum, fera rapuit Joseph. Etenim vere quasi in malas bestias incidisset, omnia crudeliter passus est. 34. *Discidit autem vestimenta sua, et posuit saccum super lumbos suos, et luxi: filium suum diebus multis. Quantis fuerint illi digni lacrymis, qui non solum fratrem barbaris vendiderunt, sed et patrem in extrema senectute in tantum luctum injecerunt? 35. *Congregati autem sunt filii ejus et filia ut consolarentur*****

*eum, et noluit, dicens: Descendam ad filium meum lugens in infernum.*

5. Opinor et hoc illis aliam fuisse plagam. Videbant enim patrem tantum tanque ferventem animum exhibere erga eum qui non aderat, imo et putabatur a bestiis discerptus, et majori tabescebant invidia. Sed illi quidem erga fratrem et erga patrem crudeles, nulla fuerint venia digni: Madianitæ autem et ipsi divinæ serviunt dispensationi, et denuo Josephum vendunt Petephre archimagiro (a) Pharaonis. Vidisti quomodo paulatim procedit, et per omnia suam virtutem et patientiam declarat, ut sic quasi athleta fortiter certans, redimiretur corona regni, et eventus somniorum implerentur: quo docerentur ii qui eum vendiderant, se nihil commodi ex sua malitia reportasse? Tantum enim robur habet virtus, ut clarior fieri soleat cum infestatur. Nihil enim ea robustius, nihil validius: non quod ipsa sola tantum habeat robur, sed quia is qui eam possidet, et supernum auxilium habet: quo præsidio et ope cum fruatur, omnibus est potentior et invictus, ac capi nequit, non solum hominum insidiis, sed et dæmonum machinationibus. Id scientes, ne fugiamus male affici, sed male agere: hoc enim est vere male affici. Nam qui proximum affligere tentat, illi quidem omnino nihil nocet: licet enim ad parvum tempus noceat, in hoc tantum sæculo id facit; sibi autem immortalia tormenta recondit, et pœnas intolerabiles: quas non aliter effugere possumus, nisi paraverimus nos ad ferendas afflictiones, et secundum doctrinam Domini, precemur pro iis qui nobis injurias inferunt. Hoc enim nobis magnam parabit mercedem, et concedet dignos effici regno cælorum: quod nobis utinam concedatur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA LXII.

*Et vidit Judas hominis Chananæi filiam, quæ vocabatur Sava, et duxit eam, et ingressus est ad eam: et concipiens peperit filium, et vocavit nomen ejus Er (Gen. 38. 2. 3).*

1. Satis nuper ex historia Joseph didicimus, quantum damni nascatur ex invidia, et quomodo perniciosus ille morbus animam primum corrumpat, a qua nascitur. Vidistis quomodo per hanc ægritudinem fratres Joseph et cognationis obliti sunt, et bestiarum crudelitatem erga eum qui in nullo ipsos offenderat, exercuerunt, malitiam quidem suam potius manifestam reddentes, quam fratri nocentes. Malitia enim sua fratri suo non tantum nocuerunt, quantum seipsos ignominia affecerunt. Nam licet barbaris eum vendiderint, et illi iterum vendiderint archimagiro Pharaonis, nihilominus quia habuit supernum auxilium, a quo juvabatur, omnia ipsi levia et facilia visa sunt. Et

(a) Archimagiro, id est, principi coquorum; vulgata vero, magistro militum.

Ὅταν γὰρ τῆς ἀνωθεν εὐνοίας ἀπολαύωμεν, καὶ ἐν μέσῳ βαρβάρων ὦμεν, καὶ ἐπ' ἄλλοτρίας, τῶν οἴκοι διατριβόντων καὶ πάσης ἀπολαύοντων θεραπείας ἄμεινον διάγειν δυνάμεθα· ὡς περὶ καὶ ἐπὶ τῆς οἰκίας διατριβόμεν, καὶ πάσης ἀνέσεως ἀπολαύειν δοκῶμεν, ἔρημοι δὲ ὦμεν τῆς ἀνωθεν βοήθειας, πάντων ἐσμὲν ἔλεεινότεροι. Πολλὴ γὰρ καὶ τῆς ἀρετῆς ἢ ἰσχύς, καὶ τῆς κακίας ἢ ἀσθένεια· καὶ τοῦτο μάλιστα δείκνυσιν ἡμῖν αὕτη ἢ ἐν χειρὶν ἱστορία. Τίνας γάρ, εἶπέ μοι, ἐλεεινοὺς καὶ μυρίων δακρύων ἀξίους κρίνεις, τοὺς τοσαῦτα κακὰ ἐργασαμένους τὸν ἀδελφόν, ἢ τὸν ὑπὸ τῆ δουλείᾳ τῶν βαρβάρων γεγεννημένον; Δηλονότι τούτους. Ἐννόει γάρ μοι λοιπὸν τὸν θαυμάσιον ἐκείνον, τὸν μετὰ τοσαύτης δορυφορίας ἀνατραφέντα, καὶ ὑπὸ ταῖς ἀγκάλαις ταῖς πατρικαῖς διηνεκῶς γεγεννημένον, ἀθρόον ἀναγκαζόμενον δουλείαν χλευσθῆναι ὑφ' ἰσχυροῦ, καὶ δουλείαν παρὰ βαρβάροις ἀνδράσι, καὶ θηρίων οὐδὲν ἄμεινον διακειμένους. Ἄλλ' ὁ τῶν ἀπάντων Δεσπότης ἦν ὁ καὶ ἐκείνους ἡμέρους ἐργαζόμενος, κάκεινῳ πολλὴν δίδους τὴν ὑπομονήν. Καὶ ἀποδόμενοι τὸν ἀδελφόν, ὡς εἰς τέλος ἀγαγόντες τὸν οἰκεῖον σκοπὸν, οὕτω λοιπὸν διέκειντο, ἐκποδῶν ποιησάμενοι τὸν ὑπ' αὐτῶν φθονούμενον. Ἀνέστρεψε δέ, φησὶ, Ρουβὴν ἑπὶ τὸν λάκκον, καὶ οὐχ ὄρα τὸν Ἰωσήφ· καὶ διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀνέστρεψε πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Τὸ παιδάριον οὐκ ἔστιν, ἐγὼ δὲ ποῦ πορεύσομαι ἔτι; Ἐπειδὴ γὰρ ἐδίδαξεν ἀνωτέρῳ ἢ θεία Γραφή, ὅτι διὰ τοῦτο συνεδούλευσε Ρουβὴν εἰς τὸν λάκκον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἐμβληθῆναι, ὥστε καὶ τῶν χειρῶν αὐτὸν ἐξελέσθαι τῶν φονικῶν, καὶ ἀποδοῦναι τῷ πατρὶ· νῦν, φησὶν, ἰδὼν, ὅτι διήμαρτε τοῦ σκοποῦ, διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Τὸ παιδάριον οὐκ ἔστιν, ἐγὼ δὲ ποῦ πορεύσομαι ἔτι; Ποῖαν, φησὶν, ἐξομεν ἀπολογίαν, καὶ μάλιστα ὁ δοκῶν ὑμῶν πρωτεύειν ἐγώ; Ἐνόμιζε γὰρ αὐτὸν ἀνηρῆσθαι. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὸ σπουδαζόμενον αὐτοῖς ἐγεγόνει, καὶ τὸν μισούμενον εἰς τὴν ἄλλοτρίαν ἐξέπεμψαν γῆν, καὶ τὸν φθόνον τὸν οἰκεῖον οὕτως ἠδυνήθησαν παραμυθήσασθαι, λοιπὸν πᾶσαν μηχανὴν ἐπιδείκνυνται, ὥστε παρακρούσασθαι τὸν πατέρα, καὶ μὴ κατάδηλον αὐτῷ γενέσθαι τὴν κακὴν συμφωνίαν. Καὶ σφάξαντες, φησὶν, ἐριζον αἰγῶν, καὶ μολύναντες τὸν χιτῶνα τῷ αἵματι, εἰσήνεγκαν τῷ πατρὶ αὐτῶν, καὶ εἶπον· Ἐπίγνωθι εἰ χιτῶν τοῦ υἱοῦ σου ἔστιν, ἢ οὐ. Τί ἀπατάτε ἑαυτοὺς, ὧ ἀνόητοι; Καὶ γὰρ τὸν πατέρα δυνήθητε παρακρούσασθαι, ἀλλὰ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐ λήσεσθε, ὃν μάλιστα πάντων δεδοικέναι· ἐχρήν. Ἄλλὰ τοιοῦτον ἢ ἀνθρωπίνῃ φύσει, μᾶλλον δὲ τοιοῦτον ἢ ῥαθυμία τῶν πολλῶν· τὸν παρὰ τῶν ἀνθρώπων φόβον καὶ τὴν τούτων αἰσχύνην [590] τὴν πρὸς τὸ παρὸν μόνον περὶ πολλοῦ ποιοῦμενοι, οὐ λαμβάνουσιν ἔνονοιαν τοῦ δικαστηρίου ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ, καὶ τῆς κολάσεως τῆς ἀφορήτου, ἀλλ' ἐνὸς μόνου γίνονται, πῶς τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων μέμψιν διαφυγεῖν δυνήθησιν· ὃ δὴ καὶ οὗτοι πεπόνθασιν, καὶ τὸν πατέρα ἀπατᾶν ἐπιχειροῦσιν. Ἐπέγνω γάρ, φησὶ, τὸν χιτῶνα ὁ πατήρ, καὶ εἶπε· Χιτῶν τοῦ υἱοῦ μου ἔστι· θηρίον πονηρὸν κατέφαγεν αὐτόν, θηρίον ἤρπασε τὸν Ἰωσήφ. Καὶ γὰρ ἀληθῶς, καθάπερ θηρίοις περιπεσῶν, οὕτως ἀνηλεῶς ἅπαντα ὑπέμεινε. Διέρρηξε δὲ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐπέθηκε τὸν σάκκον ἐπὶ τὴν ὄσφυν αὐτοῦ, καὶ ἐπέθηκε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἡμέρας πολλὰς. Πόσων ἂν εἶεν οὗτοι δακρύων ἀξιοί, οὐχ ὅτι τὸν ἀδελφὸν τοῖς βαρβάροις πεπράκασι μόνον, ἀλλ' ὅτι

καὶ τὸν πατέρα ἐν ἐσχάτῳ γῆρᾳ λειπὸν ὄντα τοσοῦτον πένθει περιέβαλον; Συρτήχθησαν δὲ, φησὶν, υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ θυγατέρες παρακαλέσαι αὐτόν, καὶ οὐκ ἠθέλησεν, λέγων ὅτι· Καταθήσομαι πρὸς τὸν υἱὸν μου περθῶν εἰς ἄδου.

ε'. Οἶμαι καὶ τοῦτο πληγὴν ἑτέραν ἐκείνοις γεγενῆσθαι. Ἐώρων γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὸν μὴ παρόντα, μᾶλλον δὲ καὶ νομιζόμενον, ὑπὸ θηρίων ἀνηρῆσθαι, οὕτως ἀκμάζοντα τὸν πόθον ἐπιδείκνυται, καὶ πλεον ὑπὸ τοῦ φθόνου κατετήχοντο. Ἄλλ' οὗτοι μὲν καὶ πρὸς τὸν ἀδελφόν καὶ πρὸς τὸν πατέρα ὡμοὶ γεγονότες οὐδεμιᾶς ἂν εἶεν συγγνώμης ἀξιοί· οἱ δὲ Μαδιθηναῖοι καὶ αὐτοὶ πάλιν ὑπηρετοῦσι τῇ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίᾳ, καὶ πάλιν ἀποδίδονται τὸν Ἰωσήφ Πετεφρῆ τῷ ἀρχιμαγείρῳ τοῦ Φαραώ. Εἶδες πῶς ὁδῷ κατὰ μικρὸν πρόεισι, καὶ διὰ πάντων τὴν οἰκειάν ἀρετὴν καὶ τὴν ὑπομονὴν ἐπιδείκνυται, ἴν' οὕτω καθάπερ ἀθλητῆς γενναίως ἀγωνισάμενος, ἀναδήσεται τῆς βασιλείας τὸν στέφανον, καὶ τῶν ὄνειράτων ἢ ἐκδασίς εἰς ἔργον ἐξελθοῦσα, δι' αὐτῆς τῆς πείρας διδάξῃ τοὺς πεπρακότας, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος γέγονε τῆς τοσαύτης μηχανῆς; Τοσαύτην γὰρ ἢ ἀρετὴ ἔχει τὴν ἰσχύν, ὡς καὶ πολεμουμένην αὐτὴν συμβαίνειν ἐπὶ πλεον περιφανέστεραν γίνεσθαι. Οὐδὲν γὰρ ταύτης ἰσχυρότερον, οὐδὲν αὐτῆς δυνατώτερον· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχύν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ταύτην κεκτημένος καὶ τῆς ἀνωθεν ἀπολαύει βοήθειας· τῆς δὲ ἀνωθεν ἀπολαύων βοήθειας, καὶ τῆς ἐκείθεν ἀξιούμενος συμμαχίας, πάντων ἂν εἴη δυνατώτερος, καὶ ἀχείρωτος, καὶ ἀνάλωτος οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἐπιβουλαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων μηχαναῖς. Ὅπερ εἰδότες μὴ φεύγωμεν τὸ κακῶς πάσχειν, ἀλλὰ τὸ κακῶς ποιεῖν· τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ κακῶς πάσχειν. Ὁ γὰρ τὸν πλησίον κακῶς διαθεῖναι ἐπιχειρῶν, ἐκείνον μὲν οὐδὲ ὄλως κατέβλαψεν· εἰ γὰρ καὶ πρὸς ὀλίγον κατέβλαψεν, ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι τοῦτο πεποίηκεν· ἑαυτῷ δὲ τὰς ἀθανάτους κολάσεις ταμιεύεται, καὶ τὰς τιμωρίας τὰς ἀφορήτους, ἅς οὐκ ἂν ἑτέρως διαφυγεῖν δυνήθημεν, εἰ μὴ παρασκευάσαιμεν ἑαυτοὺς ἐτοιμοὺς πρὸς τὸ πάσχειν κακῶς, καὶ κατὰ τὴν διδασχὴν τοῦ Δεσπότη, εὐχόμεθα ὑπὲρ τῶν ταῦτα ἡμῖν διατιθέντων. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν πολὺν προξενήσει τὸν μισθόν, καὶ παρασκευάσει τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξιοθῆναι· ἧς γένοῖτο [591] πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλοφροσύνῃ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΕΒ'.

Καὶ εἶδεν Ἰούδας θυγατέρα ἀνθρώπου Χαναναίου, ἢ ὄνομα Σαῦα, καὶ ἔλαβεν αὐτήν, καὶ εἰσηλθε πρὸς αὐτήν, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱόν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἡρ.

α'. Ἰκανῶς ἡμᾶς πρώτῃ ἢ κατὰ τὸν Ἰωσήφ ἱστορία ἐδίδαξε τοῦ φθόνου τὴν λύμην, καὶ ὅπως τὸ ὀλέθριον τοῦτο πάθος τὴν τίχτουςαν αὐτὸ ψυχὴν πρότερον διαφθείρει. Καὶ εἶδετε ὅπως ὑπὸ τούτου τοῦ πάθους συσχεθέντες οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Ἰωσήφ καὶ τῆς συγγενείας ἐπελάθοντο, καὶ θηρίων ἀγρίων ὡμότητα πρὸς τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα ἐπεδείξαντο, τὴν μὲν ἑαυτῶν κακίαν ἐκδηλον πεποιηκότες, τὸν δὲ ἀδελφόν οὐδὲν τοσοῦτον καταβλάψαντες, ὅσον ἑαυτοὺς αἰσχύνῃ περιέβαλλον. Εἰ γὰρ καὶ βαρβάροις αὐτὸν πεπράκασι, κάκεινοι πάλιν ἀπέδοντο τῷ τοῦ Φαραώ ἀρχιμαγείρῳ, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ εἶχε τὴν ἀνωθεν αὐτῷ βοήθειαν ἐν ἅπασιν ἐπαρκοῦσαν, πάντα κοῦφα καὶ ῥάδια αὐτῷ ἐφαίνετο. Καὶ ἐβουλόμην μὲν καὶ σήμερον τῆς αὐτῆς ἱστορίας ὁμολογῆσαι, καὶ ἐντεῦθεν ὑμῖν ὑψᾶσαι τὴν διδασκαλίαν·

\* Savil. ubique scribit Ρουβὴν.

ἄλλ' ἐν μέσῳ ἑτέρα τις διήγησις παρέγκειται, ἣν οὐκ ἄξιον παραδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν, ὡς οἶδόν τε, διερευνησαμένους, τότε πάλιν ἐπὶ τὴν κατὰ τὸν Ἰωσήφ ὑπόθεσιν ἐλθεῖν. Τί οὖν ἐστὶν ἡ ἐν μέσῳ κειμένη διήγησις; Ἡ κατὰ τὸν Ἰούδαν. Οὗτος γάρ θυγατέρα Χαναναίου λαβὼν γυναῖκα τὴν Σαύαν, καὶ ἐσχηκώς ἐξ αὐτῆς τρεῖς παῖδας, ἔλαβε, φησί, τῷ πρωτοτόκῳ Ἦρ τὴν Θάμαρ γυναῖκα. Ἐπειδὴ δὲ πονηρὸς ἐφάνη ἐναντίον Κυρίου, ἀπέκτεινεν αὐτὸν ὁ Θεός. Καὶ ἐπέτρεψε τῷ Αὐνὰν λαβόντι τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα ἀναστῆσαι σπέρμα τῷ ἀδελφῷ. Τοῦτο γάρ ὁ νόμος ἐκέλευεν, ἀτέκνου ἀποθανόντος ἀδελφοῦ τὸν ἀδελφὸν λαβόντα τὴν γυναῖκα, ἀνιστᾶν τῷ ἀδελφῷ σπέρμα. Ἀλλὰ καὶ τοῦτον πονηρὸν φανέντα ἐθανάτωσεν ὁ Θεός. Τοῦτο τὸν Ἰούδαν εἰς φόβον κατέστησε, τῶν δύο παιδῶν τὴν ἀναίρεσιν οὕτω ταχεῖαν θεασάμενον· καὶ βουλόμενος τὴν Θάμαρ παραμυθήσασθαι, ὑπέσχετο καὶ τὸν ἕτερον υἱὸν δώσειν αὐτῇ, καὶ οὐκ ἐπλήρου τὰ ἐπαγγελθέντα, δεδιώς μὴ καὶ αὐτὸς ὁμοίως τοῖς ἀδελφοῖς τὴν τιμωρίαν δέξεται. Ταύταις οὖν ταῖς ὑποσχέσεσι τροφομένη ἡ Θάμαρ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς, φησὶν, ἐκαθέζετο, ἀναμένουσα εἰς ἔργον ἐλθεῖν τοῦ πενθεροῦ τὴν ὑπόσχεσιν· καὶ ὁρῶσα τὸν Ἰούδαν οὐ βουλόμενον τὰ ἐπαγγελθέντα πληροῦν, τέως πράως ἔφερεν, οὐκ ἀνεχομένη τὴν πρὸς ἕτερον συνουσίαν, ἀλλὰ στέργουσα τὴν χηρείαν, καὶ καιρὸν ἐπιτήδειον ἀναμένουσα· ἔσπευδε γὰρ ἐκ τοῦ πενθεροῦ τεκνοποιῆσαι. Καὶ ὡς ἐπειδὴ εἶδε τὴν πενθερὰν τελευτήσασαν, καὶ τὸν Ἰούδαν εἰς Θάμνα παραγινόμενον, ὥστε κεῖραι τὰ ποίμνια, κλέψαι βουλομένη [592] τὴν συνουσίαν τοῦ πενθεροῦ, καὶ ἐξ ἐκείνου ἐπιθυμοῦσα τεκνοποιῆσαι, οὐ δι' ἀσέλγειαν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δόξαι ἀνώνυμὸς τις εἶναι· ἄλλως δὲ καὶ οἰκονομία ἦν τὸ γινόμενον, ὅθεν καὶ εἰς ἔργον ἐξελθεῖν τὰ βουλευθέντα αὐτῇ ἐγένετο. Περιελομένη γάρ, φησί, τὰ ἱματῖα χηρεύσεως αὐτῆς, καὶ περιβαλλομένη θέριστρον, καὶ καλλωπισαμένη, ἐκάθισε πρὸς ταῖς πύλαις. Εἶτα ὡσπερ ἀπολογουμένη ὑπὲρ αὐτῆς ἡ θεία Γραφή φησὶν, Εἶδε γὰρ ὅτι μέγας γέγονε Σηλώμ· αὐτὸς δὲ οὐκ ἔδωκεν αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ ταύτην ὥρμησε τὴν ἀπάτην. Ὁ μέντοι Ἰούδας νομισσας αὐτὴν πόρνην εἶναι (κατεκαλύψατο γὰρ ἐκείνη τὸ πρόσωπον, ὥστε μὴ κατάδηλος γενέσθαι), ἔξέκλινε πρὸς αὐτὴν. Ἡ δὲ εἶπε· Τί μοι δώσεις; Ὁ δὲ ὑπέσχετο ἔριφον αἰγῶν ἀποστέλλειν. Ἡ δὲ εἶπεν· Ἐὰν δὴ ἄρραβῶνα, ἕως τοῦ ἀποστεῖλαι σε. Καὶ ἔδωκε τὸν δακτύλιον, καὶ τὸν ὀρμίσκον, καὶ τὴν ράβδον, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν ἐξ αὐτοῦ.

Ἀλλὰ μηδεὶς ταῦτα ἀκούων καταγινωσκέτω τῆς Θάμαρ· ὡς γὰρ ἔφθην εἰπὼν, καὶ οἰκονομίᾳ ὑπηρετεῖται, καὶ διὰ τοῦτο οὕτε αὐτὴ μέμφιν τινα ὑπέμεινεν, οὔτε ὁ Ἰούδας ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνος γέγονε. Καὶ γὰρ ἐντεῦθεν ὁδῷ προβαίνων εὐρήσεις ἐκ τῶν παιδῶν τῶν τούτῳ τεχθέντων τὸν Χριστὸν καταγοντα τὸ γένος· ἄλλως δὲ καὶ τὰ δύο παιδιά κατ' αὐτὸν τικτόμενα τῶν δύο λαῶν ἦν τύπος, καὶ προαναφώνησις τῆς πολιτείας τῆς Ἰουδαϊκῆς καὶ τῆς πνευματικῆς. Ἀλλὰ τέως ἴδωμεν μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τοῦ Ἰούδα, ὅπως χρόνου μικροῦ παραδραμόντος, καὶ τοῦ πράγματος εἰς φανερόν ἐλθόντος, ὁ Ἰούδας ἐκρυπτοῦ δικάζει, ἐκείνην ἀπαλλάττων ἐγκλημάτων. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐπλήρωσεν ὅπερ ἐβούλετο ἡ Θάμαρ, πάλιν ἀμείψασα τὸ σχῆμα, φησὶν, ἐκείθεν μὲν ἀνεχώρησεν, ἀπῆλθε δὲ εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Ὁ μέντοι

Ἰούδας τούτων οὐδὲν ἐπιστάμενος, τὴν ὑπόσχεσιν ἐπλήρου, καὶ τὸν ἔριφον ἀπέστειλεν, ἵνα τὸν ἄρραβῶνα τὸν παρ' αὐτοῦ δοθέντα ἀναλάβῃ· ἀλλ' οὐδαμῶς τῆς γυναικὸς εὐρεθείσης, ἐπανῆλθεν ὁ παῖς μηνύων τῷ Ἰούδᾳ, ὡς οὐδαμῶς ἐπιστῆναι τῇ γυναικὶ δεδύνηται. Ταῦτα μαθὼν ὁ Ἰούδας εἶπε, φησί, Μὴ ποτε καταγινωσκόμενοι, ὡς ἀγνώμονες νομισθέντες· οὐδὲ γὰρ ἦδει τὸ γεγενημένον. Ἀλλὰ τριῶν μηνῶν διελθόντων, καὶ τοῦ ὄγκου τῆς γαστρὸς μηνύοντος τὸν τόκον, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου ἐπισταμένου τὴν κλοπὴν τῆς συνουσίας, Ἀπηγγέλη, φησί, τῷ Ἰούδᾳ, ὅτι ἐν γαστρὶ ἔχει ἐκ πορνείας. Καὶ μαθὼν εἶπεν· Ἐξαιγάγετε αὐτὴν καὶ κατακυβήτω. Μεγάλῃ ἡ ἀγανάκτησις, ἀφόρητος ἡ τιμωρία, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἀμάρτημα μέγα εἶναι ἐδόκει. Τί οὖν ἡ Θάμαρ; Ἐξαποστείλασα ἅπερ ἄρραβῶνος ἕνεκεν εἰλήφει, φησὶν· Οὕτινος ταυτά ἐστι, παρ' ἐκείνου τῆς γαστρὸς τὸν ὄγκον ἐδεξάμην.

β'. Σκόπει πῶς σιγῶσα ἀξιοπίστους μάρτυρας ἐπάγεται φωνὴν ἀφιέντας, καὶ ἱκανοὺς ἀθῶον ταύτην ἀποδείξαι τοῦ ἐγκλήματος. Ἐπειδὴ γὰρ τριῶν ἔδει μαρτύρων περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως ἐγκαλουμένη, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴ ὡσανεὶ λαμπρὰν φωνὴν ἀφιέντα οὕτω διαπέμπεται τὰ τρία εἶδη τοῦ ἄρραβῶνος, τὸν [593] δακτύλιον, τὸν ὀρμίσκον, τὴν ράβδον, καὶ οἶκοι καθημένη καὶ σιγῶσα τὴν νίκην ἤρατο. Ἐπιγνοῦς γὰρ ὁ Ἰούδας εἶπε· Δεδικαίωται αὕτη, ἢ ἐγὼ, οὐ εἶνεκεν οὐκ ἔδωκα αὐτὴν Σηλώμ τῷ υἱῷ μου. Τί ἐστὶ, Δεδικαίωται αὕτη, ἢ ἐγὼ; Τοῦτ' ἐστὶν· Ἐκείνη μὲν ἀνεύθυνος, ἐγὼ δὲ ἐαυτὸν καταδικάζω, καὶ μηδενὸς ἐλέγχοντος ἐμαυτὸν ἐκκαλύπτω· μᾶλλον δὲ ἀρκοῦντα ἔλεγχον ἔχω, τὸν ἄρραβῶνα τὸν παρ' ἐμοῦ δοθέντα. Εἶτα ἀπολογίαν πάλιν ὑπὲρ τῆς αὐτῆς Θάμαρ συντιθείς φησὶν· Οὐ εἶνεκεν οὐκ ἔδωκα αὐτὴν Σηλώμ τῷ υἱῷ μου. Τάχα δὲ τοῦτο γέγονε καὶ δι' ἣν μέλλω ἐρεῖν αἰτίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνόμιζεν ὁ Ἰούδας παρὰ τὴν ἐκείνης αἰτίαν τὸν θάνατον ἐπενηχθαι τῷ Ἦρ καὶ τῷ Αὐνὰν, καὶ τοῦτο δεδοικώς, τὸν Σηλώμ αὐτῇ οὐ δέδωκε, καὶ ταῦτα ὑποσχόμενος, ἵνα γνῶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὡς οὐκ ἐκείνη αἰτία τοῦ θανάτου ἐκείνοις γεγένηται, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν τὰς τιμωρίας ἐδέχοντο (Ἀπέκτεινε γὰρ αὐτοὺς, φησὶν, ὁ Θεός· καὶ πάλιν, Ἐθανάτωσεν αὐτοὺς, περὶ τοῦ δευτέρου), διὰ τοῦτο αὐτὸς μίγνυται· ἀγνοῶν τῇ οἰκείᾳ νύμφῃ, καὶ μανθάνει διὰ τῶν ἔργων ὅτι οὐχ ἡ ταύτης αἰτία, ἀλλ' ἡ ἐκείνων κακία ὑπευθύνους αὐτοὺς τῇ τιμωρίᾳ γενέσθαι πεποίηκε, καὶ ἐξομολογησάμενος τὸ οἰκείον ἀμάρτημα κακείνην τῆς τιμωρίας ἀπαλλάξας, οὐ προσέθετο, φησὶν, ἐτι τοῦ γινῶναι αὐτὴν· δεικνύς ὅτι οὐδ' ἂν τὸ πρότερον αὐτῇ συνεγένετο, εἰ μὴ ἀγνοῖα τὴν μίξιν εἰργάσατο. Εἶτα ἐπειδὴ διηγῆσατο ἡμῖν ἡ θεία Γραφή μετὰ ἀκριθείας τὴν γεγενημένην ἀπάτην ὑπὸ τῆς Θάμαρ, λοιπὸν διδάσκει ἡμᾶς, καὶ τίνα ἐστὶ τὰ παρ' αὐτῆς τικτόμενα παιδιά. Ἐγένετο γὰρ, φησὶν, ἠνίκα ἐτικτε, καὶ τῆδε ἦν διδυμῶ ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τικτεῖν αὐτὴν, ὁ εἰς προεξήνεγκε τὴν χεῖρα· λαβοῦσα δὲ ἡ μαῖα ἔδησεν ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ κόκκινον, λέγουσα· Αὐτὸς ἐξελεύσεται πρῶτος. Ὅρα μοι ἐνταῦθα μυστήριον καὶ προαναφώνησιν τῶν μελλόντων ἐσεσθαι. Μετὰ γὰρ τὸ ὄψαι τὴν μαῖαν εἰς τὴν χεῖρα τὸ κόκκινον, ὥστε κατάδηλον αὐτὸν γενέσθαι, τότε Ἐπισυνήγαγε τὴν χεῖρα, καὶ ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Παρεχώρησε, φησὶ, τῷ ἀδελφῷ τὴν πρόδοον, καὶ ὁ τελευταῖος νομιζόμενος πρῶτος ἐξῆι, καὶ ὁ πρῶτος νομιζόμενος μετ' ἐκείνον προῆι. Καὶ εἶπεν ἡ μαῖα· Τί διεκόπη διὰ σέ φραγμός; Καὶ ἐκάλεσε τὸ δρομὶ αὐτοῦ Φαρές. Διακοπὴ γὰρ ἐρμηνεύεται τὸ ἕνομα, καὶ μερισμός, ὡς ἂν εἶποι τις. Καὶ μετὰ τοῦτον

† Imperfecta omnino exit sententia, nisi tollatur καὶ.

† Sic Savil. et sex mss. Morel. et alij καταγελοῦσθαι

volebam etiam hodie eandem historiam tractare, iadeque vobis contexere doctrinae sermonem : verum in medio alia quaedam narratio interjacet, quam non æquum est nos præterire ; sed opus est ut quantum possibile est perscrutemur, et sic iterum ad argumentum Josephi redeamus. Quænam igitur illa quæ interseritur narratio ? Illa de Juda. Hic enim accepta in uxorem filia Chananaei, Sava nomine, susceptisque ex illa tribus filiis, duxit, inquit, primogenito suo Er uxorem Thamar. Quia autem ille malus erat coram Domino, occidit eum Deus. Et præcepit Aunan, ut ducta uxore fratris sui, excitaret semen fratri suo. Id enim lex jussit, quæ dicit, Mortuo fratre sine liberis, frater ducta uxore excitet semen fratri ( *Deut. 25. 5* ). Verum et hunc, quia malus erat, occidit Dominus. Hoc Judam terrore percussit, videntem duos filios tam cito interiisse : et volens Thamar consolari, promisit se alium filium ei daturum : sed non implebat promissa, veritus ne et ipse eandem poenam ferret, quam fratres. Talibus promissionibus pascebatur Thamar, inque domo patris sui sedebat, exspectans quando soceri promissio impleretur : et videns Judam non velle implere promissa, interim mansuete tulit, non sustinens aliorum conjugia, sed amplexa viduitatem, et tempus congruum exspectans : festinabat enim ut filios procrearet ex socero. Et quia vidit socrum mortuam, et Judam venire in Thama ad tendendas oves, furari voluit soceri concubitus, et ex illo filios procreare, non libidinem explere concupiscens, absit hoc, sed ne videretur esse sine nomine : alioquin et dispensatio erat id quod fiebat, unde et opere completa sunt ea quæ illa deliberavit. 14. *Depositis enim, inquit, vestibus viduitatis suæ, et induta tharistro, et ornata sedit apud portas (Cap. 38)*. Deinde quasi excusans eam Scriptura, dixit : *Vidit enim quod creverat Selom ; ipse autem non daret ipsam ei uxorem, et propterea ad deceptionem illam properavit. Judas enim cum putaret eam esse scortum (velaverat enim illa faciem, ne agnosceretur), 16. Divertit ad eam. Illa autem dixit : Quid mihi dabis ? Ille autem pollicitus est hædum ex gregibus se missurum. 17. At hæc dixit : Si dederis arrhabonem, donec mittas. 18. Et dedit annulum et armillam, et baculum, et intravit ad eam, et gravida facta est ex eo.*

*Christus ex semine Juda.* — Nullus hæc audiens condemnet Thamar : nam, ut dixi, dispensationi ministravit : propterea neque ullam inde reprehensionem meretur, neque Judas criminibus fuit obnoxius. Etenim hac via procedens, invenies ex pueris inde natis Christum secundum carnem ducere genus. Præterea duo isti filii per eum nati, duorum populorum figura fuerunt, et prædictio quaedam vitæ tum Judæicæ, tum spirituales. Sed nunc videamus post recessum Judæ, quomodo parvo exacto tempore, et opere in apertum producto, Judas semetipsum condemnat, illam a criminibus liberans. Nam postquam implevit Thamar quod voluit, iterum mutato habitu inde quidem recessit, et venit in domum suam. Judas autem

nihil eorum sciens, promissionem implevit et hædum misit, ut arrhabonem suum illi datum reciperet : sed nusquam inventa muliere, rediit puer, significans Judæ se nusquam invenire mulierem potuisse. Quibus compertis, Judas dixit, inquit, Ne forte damnemur, ut habiti ingrati. Neque enim sciebat factum. Verum præteritis mensibus tribus, et sarcina ventris partum prædicente, et nullo alio furtivum sciente concubitus : 24. *Annuntiatum, inquit, est Judæ, quod uterum gereret ex adulterio. Et ut didicit, Educite eam, inquit, et comburatur.* Magna indignatio, gravis poena, quia et peccatum grande esse videbatur. Quid igitur Thamar ? Productis iis quæ in arrhabonem Judas reliquerat, inquit : 25. *Si quis est cujus hæc sunt, ab illo ventris sarcinam accipi.*

2. Attende quomodo silens fide dignos testes affert qui loquantur, et satis eam criminis innoxiam demonstrant. Quia enim tribus testibus egebat, quæ in tali causa arguebatur : idcirco et hæc quasi claro testimonio dato, tres arrhabonum species mittit, annulum, armillam, et baculum : et domi sedens tacensque in causa vicit. 26. *Judas enim cum agnovisset, dixit : Justificata est magis quam ego, propterea quod non dedi eam filio meo Selom.* Quid est, *Justificata est ipsa magis, quam ego ?* Illa quidem, inquit, innoxia est, ego autem meipsum condemno, et nullo arguente meipsum prodo ; imo abunde me redarguunt, quæ data sunt illi in arrhabonem. Et deinde iterum Thamar excusans, dicit : *Quia non dedi eam Selom filio meo.* Forte autem hoc factum est ob hanc quam dicturus sum causam. Nam quia Judas putabat illius causa mortuos Er et Aunan, idque metuens eam non dedit Selom, quamvis ei promisisset, ut manifeste ac evidenter sciret ipsam non istis causam fuisse mortis, sed eos propter suam malitiam poenas dedisse (*Occidit eum, inquit, Deus : et iterum, Occidit eum (Gen. 38. 7. 10)*), inquit etiam de secundo), propterea ignarus ipse cum nuru sua rem habet, et clare didicit ipsam non in causa fuisse, sed illorum malitiam eos reos poenæ fecisse : et confessus peccatum suum, etiam illam a supplicio liberavit. *Non adjecit, inquit, ut cognosceret eam, quod declarat, neque primum cum ea rem habiturum fuisse, si agnovisset eam.* Deinde postquam diligenter narravit nobis divina Scriptura deceptionem quam fecerat Thamar, consequenter docet nos qui filii ei sint nati. 27. *Factum est autem, inquit, cum pareret, erant gemelli in ventre ejus : 28. Et cum pareret, unus protendit manum : apprehensam autem obstetrix coccino ligavit, dicens : Hic egredietur primus.* Vide hic, obsecro, sacramentum et prædictionem futurorum. Nam postquam ligavit obstetrix manum coccino, ita ut cognosci posset exiturus, tunc 29. *Retraxit manum, et exiit frater ejus.* Cessit, inquit, fratri, ut prior egredieretur, et qui posterior putabatur, prior exiit, et qui prior existimabatur, posterior egressus est. *Et dixit obstetrix : Quare divisa est propter te sepes ? Et vocavit nomen ejus Phares* Dissectionem enim et quasi partitionem hoc nomen significat. 30. *Et post hunc egressus est frater ejus,*

qui signum in manu dextera acceperat, et vocavit nomen ejus *Zara*, quod interpretatur Oriens (a).

*Zara figura Ecclesiae. Lex peccata demonstrat.* — Et quod non temere et absque causa hæc facta sint, sed figura futurorum fuerint, res ipsæ declarant. Neque enim secundum naturæ ordinem hoc factum est. Quomodo enim erat possibile, ut postquam manus ligata fuit coccino, ipsa iterum contraheretur, et daret posteriori transitum, nisi divina quædam virtus hæc prius dispensasset, et sicut in umbra quadam præfigurasset, quod statim ab initio *Zara*, quod est Oriens (hic enim figura erat Ecclesiae), prospectare cœpit: quo paulisper procedente, ac mox retrocedente, legalis observatio per Phares significata subintravit, quæ postquam diu regnum tenuisset, eo qui prius cesserat, *Zara* videlicet, rursus procedente, cessit Ecclesiae omnis Judaica consuetudo? Sed forte nunc fuerit necessarium idem brevius et clarius dicere. Fuerunt, sicut *Zara* qui manum protulit, Noe et Abraham, imo ante Noe Abel et Enoch, quibus magnum studium fuit ut placerent Deo. Deinde postquam in multos propagati, multa peccatorum onera collegerunt, opus autem erat ut vel parvam aliquam consolationem haberent: data est lex ut umbra aliqua, non peccata tollens, sed ea demonstrans, et manifesta eis faciens, ut tanquam imperfecti filii qui lacte pascuntur, adolescere possent. Verum quia neque hoc his profuit, sed, vel lege peccatorum magnitudinem monstrante, ipsi iterum iisdem inquinati sunt, adveniens communis Dominus noster, spiritualem hanc et virtutibus claram vitam humano generi largitus est, cujus figuram *Zara* implebat. Et idcirco evangelista etiam meminit Thamar, et eorum qui ex illa nati sunt, et dicit: *Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar* (Matth. 1. 3).

3. Ne igitur temere prætereamus ea quæ in divinis Scripturis sunt prodita, neque ea quæ dicuntur a superficie salutemus; sed ingressi ad ipsum profundum, cum divitias quæ ibi latent didicerimus, glorificemus Dominum nostrum, qui cum tanta sapientia dispensat omnia. Nam si noluerimus mentem et causam omnium quæ facta sunt exquirere, non solum hanc condemnabimus, quod cum socio suo concubuerit, sed et Abraham reprehendemus, ut puericidam animo factum, et Phineem ut gemini simul homicidii reum. Sin autem uniuscujusque causam diligenter didicerimus, et illos a crimine liberabimus, et nos multam inde utilitatem percipiemus. Cæterum nos quæ ad historiam hanc attinent, pro virili nostra pertractavimus caritati vestræ.

*Historiam Josephi narrare pergit; ipsum gratia continuo adjutum ostendit.* — Quod si non fatigamini, et volueritis, etiam sequentia attingemus, et iterum ad narrationem admirabilis Josephi veniemus, ut discatis ex his quæ hodie dicta sunt, quæ generosus ille athleta, post somnia illa regnum et principatum fratrum sibi promittentia, sustinuerit, et quomodo cer-

taminibus certamina, tentationibus tentationes successerint; ita ut increbrescerent naufragia, nec submergeretur gubernator: et cum validior insurgeret tempestas, quasi ad gubernacula sedens, navim regeret. E re autem fuerit verba ipsa audire, ut diligenter omnia discere possimus. 1. *Joseph autem deductus est in Ægyptum, et emit eum archimagirus Pharaonis de manu Ismaelitarum* (Caput 39). Deinde postquam illi moribus barbari, qui a fratribus eum emerant, Ægyptio archimagiro Pharaonis, vendiderunt, varios dominos sortitus est ille, qui inter ulnas patris educatus fuerat: ut ne admiremur quomodo tulerit gravem illam servitutem adolescens, et omnino duræ hujusmodi vitæ inexpertus, domique magna patris benevolentia enutritus: subdidit Scriptura dicens: 2. *Et erat Dominus cum Joseph, et erat vir assequens* (a). Quid est, *Erat Dominus cum Joseph*? Comitabatur eum, inquit, divina gratia, et reddebat ei facilia omnia quæ gravia erant. Hæc dispensabat omnes ejus res, hæc mansuetiores ei reddidit negotiatores, et vendere archimagiro coegit, ut paulatim hac via procedens, et per tentationes illas vadens, ad regium solium ascendere valeret. Verum tu, dilecte, audiens eum sustinuisse servitutem apud negotiatores, deinde servivisse apud archimagirum, cogita quomodo non turbatus sit, neque cogitaverit, neque hæsitaverit secum dicens: Quæ somniorum illorum deceptio, quæ tantam gloriam pollicebatur? Ecce enim post somnia illa servitus, et servitus gravis, ac domini varii: ab hoc transeo ad illum; ab illo ad alium: et cogor barbarorum assuescere moribus. Numquid derelicti sumus? numquid contempti sumus a superno præsidio? Nihil tale vel dixit vel cegitavit, sed tulit omnia mansuete et fortiter. *Erat enim Dominus cum Joseph, et erat vir assequens.* Quid est, *Assequens*? Omnia ei prospere succedebant, ubique præcedebat eum superna providentia, et ita manifesta erat gratia, quæ florebat super eum, ut etiam domino ejus archimagiro manifestum hoc fieret. 3. *Sciet enim, inquit, dominus ejus, quod Dominus esset cum eo, et omnia quæcumque faciebat, Dominus prospera reddebat in manibus ejus.* 4. *Invenit autem Joseph gratiam coram domino suo, et constituit eum super domum suam, et omnia quæcumque habebat, dedit in manus Joseph.* Vidisti quantum sit superna manu adjuvari? Ecce enim et juveni et peregrino et captivo servoque a domino tota domus creditur: *Et omnia quæ habebat, dedit in manus ejus.* Quare? Quia cum superno auxilio et suis attulit mores. *Gratus enim ei erat*; hoc est, cum magna gratia faciebat omnia. Deinde volens eum benignus Deus in majori securitate constituere, non liberavit a servitute, neque libertatem ei dedit. Hic enim mos est Deo, ut non liberet a periculis viros virtute claros, neque e tentationibus eximat: sed in ipsis tentationibus tantum suum ostendat auxilium, ut tentationes ipsæ eis fiant occasio festivitatis. Propter hoc et beatus David dicebat: *In tribulatione dilatasti me* (Psal. 4. 2). Non tribulationem, inquit,

(a) Vox Hebraica est צלף, sed sequentius במצא.

(a) Hebraice צלף, vir prospere agens, quo etiam sensu locum explicat Chrysostomus infra.



ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ τὸ σημεῖον ἐπὶ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς δεξιόμενος, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ζαρά, ὃ ἐρμηνεύεται ἀνατολή.

Καὶ ὅτι οὐχ ἀπλῶς ταῦτα γεγένηται, ἀλλὰ τύπος ἦν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, αὐτὰ δηλοῖ τὰ πράγματα. Οὐδὲ γὰρ κατὰ φύσεως ἀκολουθίαν ἦν τὸ γεγονός. Πῶς γὰρ ἦν δυνατόν, μετὰ τὸ δεθῆναι τὴν χεῖρα τῷ κοκκίνῳ, πάλιν συσταλῆναι, καὶ δοῦναι πάροδον τῷ μετὰ ταῦτα, εἰ μὴ θεία τις ἦν δύναμις ἢ ταῦτα προοικονομοῦσα, καὶ καθάπερ ἐν σκιᾷ τινι προδιετυποῦτο, ὅτι ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων ὁ Ζαρά, ὅπερ ἐστὶν ἀνατολή \* (οὗτος γὰρ ὁ τύπος τῆς Ἐκκλησίας), ἤρξατο προκύπτειν, καὶ μικρὸν προελθόντος αὐτοῦ καὶ ὑποχωρήσαντος, ἡ νομικὴ παρατήρησις ἡ διὰ τοῦ Φαρέσ μηνυομένη ἐπεισῆλθε. καὶ χρόνῳ πολλῶ κρατοῦσα, πάλιν τοῦ πρότερον [594] ὑποχωρήσαντος, τοῦ Ζαρά λέγω, προελθόντος, παρεχώρησε πάλιν τῇ Ἐκκλησίᾳ πᾶσα ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία; Ἀλλὰ τάχα νῦν ἀναγκαῖον συντομώτερον πάλιν αὐτὸ καὶ σαφέστερον εἰπεῖν. Ἦρξαντο, καθάπερ ὁ Ζαρά τὴν χεῖρα προεξήνεγκεν, ὁ Νῶε καὶ ὁ Ἀβραάμ, μᾶλλον δὲ πρὸ τοῦ Νῶε ὁ Ἄβελ καὶ ὁ Ἐνώχ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐαρεστήσεως πολὺν ποιεῖσθαι λόγον. Εἶτα ἐπειδὴ εἰς πλῆθος ἐκταθέντες πολλὰ φορτία ἀμαρτημάτων συνελέξαντο, ἔδει δὲ μικρᾶς τινος αὐτοὺς παραμυθίας ἀπολαύειν, ὡς σκιά τις ὁ νόμος ἐδόθη, οὐχ ὅτι ἀμαρτήματα ἀναιρῶν, ἀλλὰ ταῦτα ἀποδεικνύς καὶ φανερά αὐτοῖς ἐργαζόμενος, ἵνα καθάπερ τὰ ἀτελεῖ παιδία γάλακτι τρεφόμενα εἰς ἀκμὴν ἡλικίας ἐλθεῖν δυνηθῶσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδὲ οὕτως ἀπόναντό τι, ἀλλὰ, καίτοι ὑποδεικνύοντος τοῦ νόμου τῶν ἀμαρτημάτων τὸ μέγεθος, οὗτοι πάλιν τούτοις ἀνεφύροντο, παραγενόμενος ὁ κοινὸς Δεσπότης τὴν πνευματικὴν ταύτην καὶ ἐνάρετον πολιτείαν τῷ τῶν ἀνθρώπων ἐχαρίσατο γένει, ἧς τύπον ὁ Ζαρά ἐπλήρου. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς μέμνηται καὶ τῆς Θάμαρ καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς τεχθέντων, καὶ φησὶν· *Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρέσ καὶ τὸν Ζαρά ἐκ τῆς Θάμαρ.*

γ'. Μὴ τοίνυν ἀπλῶς παρατρέχωμεν τὰ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κείμενα, μηδὲ ἐξεπιπολῆς τοῖς λεγομένοις προσέχωμεν, ἀλλ' εἰς τὸ βάθος ἑαυτοὺς καθέντες, καὶ τὸν ἐναποκείμενον πλοῦτον καταμαθόντες, δοξάζωμεν τὸν ἡμέτερον Δεσπότην, τὸν μετὰ τσαύτης σοφίας ἅπαντα οἰκονομοῦντα. Εἰ γὰρ μὴ τὸν σκοπὸν καὶ τὴν αἰτίαν ἐκάστου τῶν γινομένων ἐξετάζειν βουλοίμεθα, οὐ μόνον ταύτης κατηγορήσομεν, ὡς τῷ πενθερῷ αὐτῆς μιγείσης, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀβραάμ αἰτιασόμεθα, ὡς παιδοκτόνον τῇ γνώμῃ γεγενημένον, καὶ τὸν Φινεῆς, ὡς κατ' αὐτὸν δύο φόνους ἐργασάμενον. Ἐὰν δὲ ἐκάστου τὴν αἰτίαν ἀκριβῶς καταμάθωμεν, κάκεινους μέμφεως ἀπαλλάξωμεν, καὶ αὐτοὶ πολλὴν ἐκεῖθεν τὴν ὠφέλειαν καρπωσόμεθα. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἱστορίαν ταύτην, ὡς ἡμῖν οἶόν τε ἦν, διεξελήλυθαμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης.

Εἰ δὲ μὴ ἀπεκάμετε, καὶ βούλεσθε, καὶ τῶν ἐξῆς ἐφασόμεθα, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν κατὰ τὸν θαυμαστὸν Ἰωσήφ διήγησιν ἔξομεν, ἵνα μάθητε καὶ ἐκ τῶν σήμερον λεγομένων, ὅσα ὁ γενναῖος οὗτος ἀθλητὴς μετὰ τὰ ὄνειρατα ἐκεῖνα, τὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ μηνύοντα καὶ τὴν κατὰ τῶν ἀδελφῶν ἀρχὴν, ὑπέμεινε, καὶ ὅπως ἀπὸ ἀγώνων ἀγῶνες αὐτὸν διεδέχοντο, καὶ πειρασμοῖς πειρασμοὶ συνήπτοντο, καὶ ἐπάλληλα ἦν τὰ ναυάγια, καὶ ὁ κυβερνήτης οὐ κατεπαντίζετο, καὶ σφοδρότερον τοῦ χειμῶνος ἱπαι-

ισταμένου, καθάπερ ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος, οὕτω τὴν ναῦν ἴθυεν. Ἄξιον δὲ ἀκοῦσαι καὶ αὐτῶν τῶν ῥημάτων, ἵνα πάντα μετὰ ἀκριβείας μαθεῖν δυνηθῶμεν. Ἰωσήφ δὲ, φησὶ, *κατήχθη εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐκτίσατο αὐτὸν ὁ ἀρχιμαγείρος Φαραὼ ἐκ χειρὸς Ἰσμαηλιτῶν.* Εἶτα ἐπειδὴ καὶ οἱ παρὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτὸν ὠνησάμενοι βάρβαροί τινες καὶ ἀλλόκοτοι ἦσαν τὸ ἦθος, καὶ πάλιν αὐτοὶ τῷ Αἴγυπτίῳ τῷ ἀρχιμαγείρῳ τοῦ Φαραὼ αὐτὸν ἀπέδοντο, καὶ διαφόρους ἡμεῖθε δεσπότης ὁ ἐν ταῖς ἀγκάλαις τοῦ πατρὸς ἀνατραφεῖς· ἵνα μὴ ξενιζώμεθα [595] πῶς ἤνεγκε τὴν μοχθηρὰν ἐκείνην δουλείαν νέος ὢν, καὶ πάσης τοιαύτης σκληραγωγίας ἀπειρος, καὶ ἐν οἰκίᾳ μετὰ πολλῆς τῆς πατρικῆς φιλοστοργίας ἀνατραφεῖς, ἐπήγαγεν ἡ Γραφή λέγουσα· *Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰωσήφ, καὶ ἦν ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων.* Τί ἐστι, *Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰωσήφ;* Συμπαρῆν αὐτῷ, φησὶν, ἡ ἄνωθεν χάρις, καὶ αὐτῇ αὐτῷ πάντα τὰ δυσχερῆ ἐξευμάριζεν. Αὐτῇ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ὠκονόμει· αὐτῇ καὶ τοὺς ἐμπόρους ἐκείνους ἡμερωτέρους αὐτῷ κατέστησε, καὶ ἀποδόσθαι τῷ ἀρχιμαγείρῳ κατηνάγκασεν, ἵνα ὁδῶ προβαίνων οὕτω κατὰ μικρὸν, καὶ διὰ τῶν πειρασμῶν τούτων ὁδεύων ἐπὶ τὸν τῆς βασιλείας θρόνον ἀνελθεῖν δυνηθῆ. Ἀλλὰ σὺ, ἀγαπητὲ, ἀκούων ὅτι ὑπέμεινε τὴν δουλείαν τὴν παρὰ τοῖς ἐμπόροις, εἶτα διεδέξατο ἡ δουλεία τοῦ ἀρχιμαγείρου, λογίζου, πῶς οὐκ ἐταράττετο, οὐδὲ διελογίζετο καθ' ἑαυτὸν καὶ ἠπόρει καὶ ἔλεγε· Τίς ἡ τῶν ὄνειράτων ἐκείνων ἀπάτη ἢ τσαύτην τὴν περιφάνειάν μοι μηνύουσα; Ἴδου γὰρ μετὰ τὰ ὄνειρατα ἐκεῖνα δουλεία, καὶ δουλεία χαλεπὴ, καὶ δεσπότης ἀμείβω, ἀπὸ τούτου πρὸς ἐκείνον, καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς τοῦτον, καὶ ἀναγκάζομαι ἔθεσιν ἀλλοκότοις συναναμίγνυσθαι. Ἄρα μὴ ἐγκατελείφθημεν; Ἄρα μὴ παρώφθημεν παρὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς; Οὐδὲν τοιοῦτον οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν, ἀλλ' ἔφερε πάντα πράως καὶ γενναίως. *Ἦν γὰρ Κύριος μετὰ Ἰωσήφ, καὶ ἦν ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων* Τί ἐστίν, *Ἐπιτυγχάνων.* Πάντα αὐτῷ κατευώδου, πανταχοῦ προωδοποιεῖ αὐτῷ ἡ ἄνωθεν χάρις, καὶ οὕτω φανερά ἦν ἡ ἐπανθοῦσα αὐτῷ χάρις, ὡς καὶ τῷ δεσπότη αὐτοῦ τῷ ἀρχιμαγείρῳ κατάδηλον τοῦτο γενέσθαι. *Ἦδει γὰρ, φησὶν, ὁ κύριος αὐτοῦ, ὅτι Κύριος ἦν μετ' αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἄν ποιῇ, Κύριος εὐοδοῖ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ.* Εὖρε δὲ Ἰωσήφ χάριν ἐναντίον τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτῷ ἔδωκε διὰ χειρὸς Ἰωσήφ. Εἶδες ὅσον ἐστὶν ὑπὸ τῆς ἄνωθεν βοηθείας δεξιᾶς; Ἴδου γὰρ καὶ νέος καὶ ξένος καὶ αἰχμάλωτος καὶ δούλος, καὶ πᾶσαν ἐγχειρίζεται παρὰ τοῦ δεσπότη τὴν οἰκίαν. *Καὶ πάντα διὰ χειρὸς αὐτοῦ ἔδωκε, φησὶ.* Διὰ τί; Ἐπειδὴ μετὰ τῆς ἄνωθεν συνεργίας καὶ τὸν οἰκεῖον τρόπον εἰσήνεγκεν. *Εὐηρέσκει γὰρ αὐτῷ, φησὶν, ἀντὶ τοῦ,* Μετὰ πολλῆς εὐνοίας ἅπαντα διεπράττετο. Εἶτα βουλόμενος αὐτὸν ὁ φιλόανθρωπος Θεὸς ἐν πλείονι καταστήσαι ἀδεία, οὐκ ἀπήλλαξε τῆς δουλείας, οὐδὲ ἐν ἐλευθερίᾳ παρεσκεύασεν εἶναι. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἔθος αἰεὶ, τοὺς ἐναρέτους ἀνδρας οὐκ ἀπαλλάττειν τῶν κινδύνων, οὐδὲ ἐλευθεροῦν τῶν πειρασμῶν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς πειρασμοῖς τσαύτην ἐπιδείκνυσθαι τὴν οἰκεῖαν ῥοπὴν, ὡς αὐτοὺς τοὺς πειρασμοὺς ὑπόθεσιν αὐτοῖς ἑορτῆς γίνεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ ἔλεγεν· *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με.* Οὐχὶ τὴν θλίψιν ἀπήλασας, φησὶν, οὐδὲ ταύτης ἀπαλλάξας ἐν ἀνέσει με εἶναι πεποιήκας, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ἐν θλίψει τῶν θλίψεων τυγχάνοντα ἐ-

ἀδεία εἶναι παρεσκεύασας. Τοῦτο δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ ὁ φιλόανθρωπος Δεσπότης. *Εὐλόγησε γάρ τὸν οἶκον τοῦ Αἰγυπτίου διὰ τὸν Ἰωσήφ.* [596] Καὶ ἐμάνθανε λοιπὸν καὶ ὁ βάρβαρος, ὅτι τῶν ὤκειωμένων ἐστὶ τῷ Θεῷ ὁ νομιζόμενος οἰκέτης, *Καὶ ἐπέτρεψε*, φησὶν, *ἅπαντα ὅσα ἦν αὐτῷ διὰ χειρὸς Ἰωσήφ· καὶ οὐκ ἤδει οὐδὲν, πληρὴν τοῦ ἄρτου οὗ ἦσθιε.* Μονονουχὶ δεσπότην αὐτὸν κατέστησε πάσης τῆς ἑαυτοῦ οἰκίας. Καὶ ἦν ὁ δούλος, ὁ αἰχμάλωτος ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα ἔχων πάντα τὰ τοῦ δεσπότη. Τοσοῦτόν ἐστιν ἀρετὴ· ὅπου γὰρ εἴαν αὕτη φανῆ, πάντων περιγίνεται καὶ κρατεῖ. Ὡς περὶ γὰρ τοῦ φωτὸς ἀνατελείαντος ἀπελαύνεται τὸ σκότος, οὕτως καὶ νῦν τῆς ἀρετῆς φανείσης ἐκποδῶν πᾶσα κακία γίνεται.

δ. Ἀλλὰ τὸ πονηρὸν θηρίον ὁ διάβολος, θεασάμενος τοῦ δικαίου τὴν εὐδοκίμησιν, καὶ ὅτι δι' αὐτῶν τῶν νομιζομένων λυπηρῶν περιφανέστερος ἐγίνετο, τρίζων τοὺς ὀδόντας καὶ μεμηγῶς, καὶ οὐδὲ φέρων ὄραν τὸν δίκαιον οὕτως καθ' ἐκάστην ἡμέραν λαμπρότερον γινόμενον, βόθρον αὐτῷ ἀνορύττει βαθύν, καὶ κρημνόν, ὡς ἐνόμιζε, μέγιστον αὐτῷ τίχοντα τὸν βλεθρον, καὶ χειμῶνα κατασκευάζει, σφοδρὸν αὐτῷ τὸ ναυάγιον ἐργάσασθαι δυνάμενον· ἀλλ' ἐμάνθανεν οὐκ εἰς μακρὰν, ὅτι πρὸς κέντρα λακτίζει, καὶ κατὰ τῆς οἰκίας κεφαλῆς ἅπαντα διαπράττεται. *Καὶ ἦν Ἰωσήφ*, φησὶ, *καλὸς τῷ εἶδει, καὶ ὠραῖος τῇ ὄψει.* Τίνος ἔνεκεν ἡμῖν τὴν εὐμορφίαν τοῦ σώματος διηγείται; Ἴνα μάθωμεν ὅτι οὐ μόνον τῇ κατὰ ψυχὴν εὐμορφίᾳ ἦν καλὸς, ἀλλὰ καὶ τῷ σώματι. Ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ ἀνθεῖ τῆς ἡλικίας νέος ἦν, καὶ *καλὸς τῷ εἶδει, καὶ ὠραῖος τῇ ὄψει.* Ταῦτα δὲ προλαβοῦσα διηγείται περὶ αὐτοῦ ἡ θεία Γραφή, ἵνα διδάξῃ ἡμᾶς ὡς ἀλοῦσα τῷ κάλλει τοῦ νεανίσκου ἡ Αἰγυπτία πρὸς τὴν παράνομον ἐκείνην μίξιν αὐτὸν ἐκάλει. *Καὶ ἐγένετο*, φησὶ, *μετὰ ταῦτα.* Τί ἐστι, *μετὰ ταῦτα*; Μετὰ τὸ πάτης τῆς οἰκίας τὴν ἐξουσίαν αὐτὸν ἐμπιστευθῆναι, καὶ μετὰ τὸ ἐν τοσαύτῃ εἶναι τιμῇ ἀξιοθῆναι παρὰ τοῦ δεσπότη, *Ἐπέβαλεν ἡ κυρία τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ.* Ὅρα τὴν ἀναίδειαν τῆς ἀκολάστου γυναικός. Οὐχ ὅτι δέσποινα εἶναι ἐνομίζετο ἐν διανοίᾳ ἔλαβεν, οὐχ ὅτι οἰκέτης ἦν ἐκεῖνος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς εὐμορφίας ἀλοῦσα, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τὸν σατανικὸν δεξαμένη, ἐπιπηδᾶν ἐπεχειρεῖ λοιπὸν τῷ νεανίσκῳ, καὶ τὸν πονηρὸν τοῦτον λογισμὸν ἐν τῇ διανοίᾳ συνέχουσα, καιρὸν ἐπεζήτει καὶ ἐρημίαν τὴν δυναμένην αὐτῇ συμπράξαι πρὸς τὴν παράνομον ταύτην ἐπιχειρήσιν. Ὁ δὲ, φησὶν, οὐκ ἠθέληεν· οὐκ ἐπέειθετο, οὐδὲ κατεδέχετο τὰ παρ' ἐκείνης ῥήματα. Ἥδει γὰρ πολὺν αὐτῷ φέροντα τὸν βλεθρον· καὶ οὐ μόνον τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐσκόπει, ἀλλὰ σπουδῆν ἐποιεῖτο κάκεινην, καθ' ὅσον οἶδόν τε ἦν, ἀπαλλάξαι τῆς μανίας καὶ τῆς ἀτόπου ταύτης ἐπιθυμίας. Καὶ συμβουλήν αὐτῇ εἰσάγει ἱκανὴν αὐτὴν καταιδέσαι, καὶ ποιῆσαι τὸ συμφέρον ἐπιγνώσαι. *Εἶπε γάρ, φησὶ, τῇ γυναικὶ τοῦ κυρίου αὐτοῦ* (ἡ δέσποινα παρὰ τοῦ δούλου συμβουλήν δέχεται)· *εἰ ὁ κύριός μου οὐ γνώσκει δι' ἐμέ οὐδὲν τῶν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτῷ, δέδωκεν εἰς τὰς χεῖράς μου.* Ὡς εὐγνωμοσύνης ἀνδρός. Ὅρα πῶς ἀπαριθμεῖται τοῦ δεσπότη τὰς εὐεργεσίας, ἵνα δείξῃ ὅση τῇ ἀγνωμοσύνη ἐκείνη κέχρηται πρὸς [597] τὸν ὁμόζυγον. Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ὁ οἰκέτης, ὁ ξένος, ὁ αἰχμάλωτος, τοσαύτης ἀπήλαυσα παρ' αὐτοῦ ἀδείας, ὡς ἅπαντα ὑπὸ τὴν χεῖρα εἶναι

τὴν ἐμὴν, καὶ οὐδὲν ἐστὶν ὃ ὑπεξαιρεῖται τῆς χειρὸς μου, πληρὴ σου, ἀλλὰ πᾶσι μὲν αὐτὸς ἐπίκειμαι, μόνη δὲ σοὶ ὑποτέταγμαί, καὶ ἐξω τυγχάνεις τῆς ἐμῆς ἐξουσίας. Εἶτα ἵνα καιρίαν δῷ τὴν πληγὴν, καὶ ὑπομνήσῃ τῆς εὐνοίας τοῦ ἀνδρός, καὶ πείσῃ αὐτὴν μὴ ἀγνώμονα περὶ τὸν σύνοικον γενέσθαι, φησὶ· *Καὶ σὺ διὰ τοῦτο ἐξω τῆς ἐξουσίας τῆς ἐμῆς τυγχάνεις, διὰ τὸ σέ γυναικα αὐτοῦ εἶναι.* Εἰ τοίνυν γυνὴ αὐτοῦ τυγχάνεις, πῶς οὖν ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ; Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνη τὴν ἐρημίαν ἐζήτει, καὶ καιρὸν ἀνέμενε, λαθεῖν σπουδάζουσα τὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς οἰκέτας τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας ἅπαντας, φησὶν οὗτος· *Πῶς δυνήσομαι ποιῆσαι τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ; Τί γὰρ νομίζεις; Κἂν πάντας λαθεῖν δυνηθῶμεν, τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐ δυνάμεθα λαθεῖν.* Ἐκεῖνον μόνον δεδοικέναι δεῖ, καὶ ἀγωνιᾶν καὶ τρέμειν, ὥστε μὴ ὑπὸ τοῖς ἐκείνου ὀφθαλμοῖς παράνομόν τι διαπράξασθαι. Καὶ ἵνα μάθωμεν τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ δικαίου ἀρετὴν, καὶ ὅτι οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δις, ἀλλὰ καὶ πολλάκις τὸν ἀγῶνα τοῦτον ὑπέμεινε, καὶ τῆς λέξεως ταύτης ἠνέσχετο, καὶ συμβουλεύων οὐκ ἐπαύσατο, φησὶν ἡ Γραφή· *Ἦνίκα δὲ ἐλάλει ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ οὐχ ὑπήκουσεν αὐτῆς· ἐπιτηρήσασα τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας διαπραττόμενα, ἐπιπηδᾷ τῷ νεανίσκῳ, καθάπερ θηρίον θῆγον τοὺς ὀδόντας, καὶ ἐπισπασαμένη τῶν ἱματίων κατεῖχε.* Μὴ ἀπλῶς τοῦτο παρὰ δρόμων, ἀλλ' ἐννοήσωμεν ὅσον ὑπέμεινε τὸν ἀγῶνα ὁ δίκαιος ἐκεῖνος. Οὐ γὰρ οὕτως θαυμαστὸν ἦν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, ἐν μέσῃ τῇ Βαβυλωνίᾳ καμίνῳ τοὺς τρεῖς παῖδας ὄντας ἀβλαβεῖς διαμεῖναι, καὶ μηδὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς παθεῖν, ὡς θαυμαστὸν ἐγένετο καὶ παράδοξον τὸν θαυμαστὸν τοῦτον νεανίσκον κατασχεθέντα τῶν ἱματίων ὑπὸ τῆς μιαρᾶς ταύτης καὶ ἀκολάστου μὴ ἐνδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱμάτια ἀφέντα ἐν ταῖς ἐκείνης χερσὶν οὕτως ἀποπηδῆσαι. Ὡς περὶ γὰρ οἱ τρεῖς παῖδες ἐκεῖνοι διὰ τὴν οἰκίαν ἀρετὴν τῆς ἀνωθεν ἀπολαύσαντες βροπῆς, τοῦ πυρὸς κρείττους ὤφθησαν· οὕτως καὶ οὗτος, ἐπειδὴ τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσέφερε, καὶ τῆς σωφροσύνης τοὺς ἀγῶνας μετὰ πολλοῦ τοῦ τόνου ἐπεδείκνυτο, πολλῆς καὶ τῆς ἀνωθεν συμμαχίας ἀπήλαυσε, τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς συμπραττούσης αὐτῷ τοσοῦτον ἄθλον νικῆσαι, καὶ ἐξω τῶν δικτύων τῆς ἀσελγοῦς ἐκείνης καταστήναι. Καὶ ἦν ἰδεῖν λοιπὸν τότε τὸν θαυμάσιον τοῦτον γυμνὸν μὲν ἐξιόντα ἱματίων, ἐνδεδυμένον δὲ τῆς σωφροσύνης τὸ ἐνδύμα, καὶ καθάπερ ἀπὸ τινος πυρᾶς καὶ καμίνου ἀβλαβῆ διαφυγεῖν, καὶ οὐ μόνον οὐ κατακαυθέντα, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον καὶ φαιδρότερον γεγεννημένον.

ε'. Ἀλλ' ὅρα μετὰ τοσαύτην νίκην, μετὰ τοσαύτην ἀνδρείαν, ὑπὲρ ὧν ἐχρῆν αὐτὸν στεφανωθῆναι, ὑπὲρ ὧν ἐχρῆν αὐτὸν ἀνακηρυχθῆναι, πάλιν ὡσανεὶ ὑπεύθυνον [598] τὰ μυρία ὑπομένοντα δεῖνά. Ἡ γὰρ Αἰγυπτία ἐκείνη οὐ φέρουσα λοιπὸν τὴν αἰσχύνην καὶ τὸ ὄνειδος, ἣ περιέβαλλεν ἑαυτὴν ἀδυνάτοις ἐπιχειρήσασα, πρότερον μὲν τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας συγκαλεσαμένη κατηγορεῖ τοῦ νεανίσκου, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς μανικῶς προταθέντα, ὡς παρ' ἐκείνου εἰρημένα φήσασα, οὕτως ἀπατᾶν ἅπαντας ἐπεχειρεῖ. Τιοῦτον γὰρ ἔθος τῇ κακίᾳ, αἰεὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἀγωνιζομένην τὰ ἑαυτῆς ἐλαττώματα ἐκείνη ἐπιχειρεῖν προστρίβασθαι· ὃ δὴ καὶ αὕτη τότε ἐποιεῖ, τὸν νεανίσκον ὡς ἀκόλαστον διαβάλλουσα καὶ ἑαυτῇ προσωπεῖον σωφροσύνης περιθεῖσα, καὶ λέγουσα διὰ τοῦτο κάκεινον τὰ ἱμάτια καταλελοιπέναι, καὶ ταύτην ταῦτα κατασχηκέναι. Καὶ ὁ φιλόανθρωπος Θεὸς ἐμακροθύμει

\* Quinque mss, αὐτοῦ, καὶ πάντα.

abstulisti, neque ab ea liberatum in tranquillitate esse voluisti : sed id quod est miraculum, et perquam rarum, in medio tribulationis constitutum, absque pavore esse me fecisti : illud sane et hic fecit benignus Dominus. 5. *Benedixit enim domum Ægyptii propter Joseph.* Et didicit postea barbarus, eum qui ut servus habebatur, Deo peculiariter gratum esse, *Et permisit omnia quæ habebat in manibus Joseph; 6. et non sciebat quidquam, præter panem quem comedebat.* Quasi dominum totius domus constituit. En servus et captivus sub manu sua habet omnia quæ erant domini. Tanta res est virtus : nam ubicumque illa apparuerit, omnibus dominatur et prævalet. Etenim sicut oriente sole tenebræ discutiuntur, ita et nunc apparente virtute e medio tollitur omnis malitia.

4. *Victa a Josepho uxor Putipharis; Deus solus timendus est.*—Sed mala bestia diabolus, ut primum vidit justum gratum esse, et per ea quæ putantur esse adversa clariorem fieri, fremit dentibus et insanit : neque videre potest justum quotidie magis ac magis clarescere, sed profundum barathrum effodit, et precipitium parat, quo illum maximo, ut arbitratur, damno afficiat; et tempestatem excitat, quæ possit violentum ipsi naufragium parere : sed didicit non post longum tempus, se contra stimulum calcitrare, et contra suum caput operari omnia. *Et erat Joseph, inquit, pulcher specie, et formosus aspectu.* Quare nobis corporis pulchritudinem narrat? Ut discamus eum non solum anima pulchrum fuisse, sed et corpore. In ipso enim flore ætatis erat : juvenis erat, et *Pulcher specie, et formosus facie.* Hæc autem prius narravit de eo Scriptura, ut doceat nos Ægyptiam adolescentis pulchritudine captam ad illicitum eum concubitum incitasse. 7. *Et factum est post hæc.* Quid est, *Post hæc?* Postquam ei concredita potestas totius domus, postquam tantum honorem a domino suo consequutus est, *Injecit uxor domini sui oculos suos in Joseph.* Vide intemperantiam lascivæ mulieris. Non subiit illi in mentem se haberi dominam, non cogitavit illum esse servum, sed a formositate capta, et diabolico incendio suscepto, in juvenem postea insilire tentat : malamque illam cogitationem in mente servans, tempus inquirebat et solitudinem, quæ possent ei cooperari ad illicitum suum conatum. *Verum ille noluit :* neque paruit, neque verba illius suscepit. Sciebat enim hinc sibi magnam perniciem enasci : et non solum res suas spectabat, sed operam dabat ut et illam, quantum possibile erat, ab insana hac liberaret, et ab illicita ista concupiscentia : atque consilium ei affert, quod s. fliciebat ei ut pudesceret, et quid sibi esset profuturum cognosceret. 8. *Dixit enim, inquit, uxori domini sui (domina a servo consilium accepit) :* *Si dominus meus propter me nihil scit in domo sua, sed omnia quæcumque habet, dedit in manus meas.* O gratum viri animum! Vide quomodo enumerat beneficia domini, ut doceat quantum illa se ingratham erga conjugem ostendat. Si enim ego, inquit, qui famulus sum, qui peregrinus, qui captivus, tanta fruor apud eum libertate, ut omnia sua sub manu mea tradiderit et nihil est

quod exceperit de manu mea, præter te : et omnibus aliis ego præsum, soli autem tibi subjicior, esque extra meam potestatem. Deinde ut letalem ei plagam daret, et in mentem revocaret viri benevolentiam, persuaderetque ei ne tam ingrata esset erga conjugem suum, inquit : *Et tu propterea extra potestatem meam es, co 9. Quod tu uxor ejus sis.* Cum igitur uxor ejus sis, *Quomodo faciam hoc malum verbum, et peccabo coram Deo?* Quoniam enim illa solitudinem observabat, et tempus expectabat quo latere posset virum, et omnes qui in domo erant, dicit : *Quomodo potero facere malum hoc, et peccabo coram Deo?* Quid enim putas? Etiam si fecerimus ut res clam sit omnibus, oculum tamen illum, qui dormire nequit, latere non poterimus : illum solum timere oportet, et tremere ac pavere, ut ne in conspectu ejus mali quidpiam faciamus. Et ut discamus justis excellentem virtutem, et eum non semel neque bis, sed et sæpius certamen hoc sustinuisse, et colloquium hoc tulisse, consulereque non cessavisse, subdit Scriptura : 10. *Cum autem loqueretur de die in diem, et non obediret ei :* ubi observavit in domo facientem aliquid, assiliit in juvenem, sicut fera dentibus frendens, et apprehensis vestimentis tenuit eum. Non simpliciter hoc prætereamus, sed cogitemus quantum certamen sustinuerit justus ille. Non enim erat tam admirabile, ut mihi videtur, in fornace Babylonis versari tres pueros et illæsos permanere, nihilque ab igne pati (*Dan. 3*), ut admirabile hoc et rarum, nempe admirandum illum juvenem retineri vestimentis a scelestâ illa et lascivâ, nec tamen illi cedere, sed et vestibus relictis in manibus illius resilire. Sicut enim tres pueri illi propter suam virtutem superno freti auxilio, igne præstantiores visi sunt : ita et ille, quia quod in se erat afferebat, et continentia certamina cum magna exhibebat constantia, magno supernoque præsidio muniebatur. Neque enim potuisset, dextera Dei non cooperante ei, tantum certamen certare, et a retibus illius libidinosæ mulieris aufugere. Et licebat postea videre admirabilem illum, nudum quidem vestibus exire, indutum autem continentia vestimentis, et quasi ab incendio et fornace illæsum effugere : ac non solum non adustum, sed et multo fulgidiorum et clariorem factum.

5. Sed vide post tantam victoriam, postque tantam fortitudinem, cujus causa illum oportebat coronari, et cujus causa oportebat illum prædicari, iterum quasi reum et obnoxium innumera sustinentem mala. Nam Ægyptia illa non ferens pudorem et opprobrium, in quæ seipsam injecerat impossibilia attentans, primum quidem convocavit eos qui in domo erant, accusans adolescentem : testificaturque illum dixisse ea quæ ab ipsa magno furore proposita fuerant, atque ita omnes decipere tentat. Hic enim mos est malitiæ, semper contra virtutem pugnat, et ei sua peccata adscribere satagit : id quod et hæc faciebat, adolescentem quasi intemperantem criminans et se continentia larva tegens, dicensque propter hoc et illum vestes reliquisse, et se retinuisse illas. Benignus vero

Deus hæc fieri permittit, ut per omnia famulum suum clariorem efficiat. Nam hæc omnia venienti viro cum magna malitia dixit, et adolescentem accusavit, dicens : 17. *Intravit ad me puer Hebræus, quem duxisti ad nos, ut illuderet mihi. O misera et calamitosa ! Non ipse introduxit, ut illuderet tibi : sed diabolus te induxit, ut non solum adultera fieres, sed et ut, quantum in te fuit, homicidium patreres. Et ostendit postea ad comprobationem eorum quæ dicta erant adolescentis vestes.*

*Dei providentia erga Josephum.* — Considera, obsecro, hic communis omnium Domini clementiam : sicut enim a fratribus illum eripuit, volentibus cum interficere : et effecit primum quidem ut secundum consilium Ruben in cisternam immitteretur, et postea iterum secundum consilium Judæ negotiatoribus venderetur, ut somniorum eventus complerentur, fidemque facerent justo, non frustra neque temere hæc præsignata fuisse : ita et nunc superna manus erat quæ barbarum delinuit, et non permisit ut statim ad eadem justus festinaret. Quid enim prohibuisset eum hoc facere, cum intelligeret illum violare suum letum tentavisse ? Verum providus Deus ideo tantam curavit ab illo exhiberi clementiam, ut injectus in carcerem, etiam illic suam declararet virtutem, et sic ad principatum regni perveniret. 19. *Succensuit enim, inquit, dominus ejus, 20. et misit eum in custodiam, ubi vincti regis detinebantur.* Sed si quidem non credebatur, non oportebat eum in carcerem conjicere : sin credebatur verum esse quod Ægyptia sinxerat, tunc neque carcere dignus erat, sed plecti capite et extremam pœnam pati debebat. Verum quando suum auxilium dextra superna ostendit, omnia levia et facilia fiunt ; et feroces mansuetiores se præstant. Tunc autem supernum præsidium ubertim nobis assistit, quando multam et nos ostenderimus virtutem. Nam hic quoniam multum certavit, propterea etiam magnas retributiones consequitur. Et post tantam fortitudinem abducitur in carcerem, et silenter fert omnia. Scitis enim quanta ii qui non sunt sibi conscii malitiæ, quando sicut rei condemnantur, utantur sæpe fiducia, dicendique libertate instructi ingenti animo insurgant contra eos qui insontibus crimen intentant. Verum ille non sic : sed silet, et omnia mansuete fert, et magna cum patientia Dei exspectat subsidium. Vide enim quomodo et in carcere principatum omnem accipiat a custode carceris, idque merito : 21. *Erat enim Dominus cum Joseph, inquit, et effundebat ei suam misericordiam. Quid est, Effundebat ei suam misericordiam ?* Ad miserationem inflectebat præfectum carceris, et mire erga illum benevolentiam suam declarari curabat : *Dedit enim ei gratiam coram illo.* Vere nihil beatius eo qui Dei benevolentia fruitur. 22. *Dedit enim, inquit, præfectus carceris carcerem in manum Joseph.* Vide quomodo custos carceris aliquid honoris ei defert, auctoritatemque ei permittit, atque omnes qui in carcere erant, esse jubet sub potestate ejus. 23. *Et nesciebat præfectus carceris aliquid : omnia enim erant in manu Joseph, eo*

*quod Dominus erat cum eo, et omnia quæ ipse faciebat, Dominus prosperare faciebat in manibus ejus. Vido quomodo comitabatur eum perpetuo superna gratia, et omnia quæ faciebat, erant plena gratia.*

*Moralis epilogus. Dei gratia efficit ut omnia bene succedant.* — Hoc igitur et nos studeamus, ut nobiscum semper habeamus Dominum, et ut quæ a nobis fiunt, ab illo prosperentur. Nam qui illius auxilium assequitur, etiam in mediis malis existens ridebit, ac nihili putabit omnia, Domino omnium faciente et disponente cuncta, ut prospere succedant omnia, atque ardua facilia reddente. Quomodo autem poterimus nobiscum habere Dominum, ita ut ipso dirigente prospere agamus in omnibus ? Si sobrii vigilantisque fuerimus, et imitati fuerimus juvenis illius continentiam et alias virtutes, animunque generosum, ac viderimus sic omnia fieri diligenter oportere, ut nunquam a Domino condemnemur ; sed sciamus possibile non esse, ut occultetur aliquid ab oculo illo qui dormire nequit, verum necesse omnino esse, ut is qui peccat, supplicii obnoxius fiat. Neque majoris faciamus timorem hominum, quam indignationem Dei, sed memores simus semper verborum Joseph dicentis : *Quomodo faciam verbum hoc malum, et peccabo coram Deo ?* Igitur quando nos aliqua cogitatio perturbat, hoc in mente versemus verbum, et statim effugiet omnis illicita concupiscentia. Itaque sive quis corporum concupiscentia capiatur, sive pecuniarum amore, sive alia quadam absurda voluptate, statim hoc cogitet, illum nempe esse qui nos condemnet, a quo non est possibile occultare etiam ea quæ in mente nostra versantur : et omnino effugiemus etiam diabolicas machinationes, magnoque adjutorio superno juvabimur ; quo nobis frui contingat omnibus gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA LXIII.

*Et nesciebat aliquid præfectus carceris propter Joseph (Gen. 39. 23).*

1. Reliquias eorum quæ a nobis heri dicta sunt, volumus hodie reddere caritati vestræ, et iterum attingere historiam Josephi. Scitis enim hesterno sermone prolixius extenso, nos non potuisse ulterius progredi, sed sermone finem imposuisse, quando propter Ægyptiæ calumniam ab archimagiro in carcerem est conjectus. Ideo hodie operæ pretium fuerit docere vestram caritatem, quæ in carcere ei acciderint. Nam postquam in carcerem est conjectus, et traditus præfecto carceris, etiam illic tantum Dei subsidium assequutus est, ut totius carceris principatus a præfecto carceris ipsi concederetur. *Et nesciebat aliquid præfectus carceris propter Joseph.* Vidisti quomodo in ipsis ærumnis versans, adversitatem ne senserit quidem, sed provida sapientia Dei omnia aspera verterit in jucunda. Et sicut licet quis margaritam luto obruat, nihilominus nativam retinet pulchritudinem, sic et virtus, quocumque eam projeceris, suam vim exserit,

καὶ ἠνείχετο, ἵνα διὰ πάντων τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτην λαμπρότερον ἀποφῆνῃ. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐλθόντι τῷ ἀνδρὶ μετὰ πολλῆς τῆς κακουργίας εἰποῦσα καὶ κατηγορήσασα τοῦ νεανίσκου ἔλεγεν· *Εἰσῆλθε πρὸς με ὁ παῖς ὁ Ἑβραῖος, ὃν εἰσήγαγες πρὸς ἡμᾶς, ἐμπαῖξαι μοι. Ἀθλία καὶ ταλαίπωρε. Οὐκ αὐτὸς εἰσήγαγεν ὥστε ἐμπαῖξαι σοι, ἀλλ' ὁ διάβολός σε εἰσήγαγεν, ὥστε μὴ μόνον μοιχαλίδα γενέσθαι, ἀλλὰ, τὸ ἦκον εἰς σέ, καὶ φόνον ἐργάσασθαι. Καὶ ἐδείκνυ λοιπὸν εἰς ἀπόδειξιν τῶν παρ' αὐτῆς λεγομένων τὰ ἱμάτια τοῦ νεανίσκου.*

Ἐννοεῖ μοι ἐνταῦθα τοῦ κοινοῦ πάντων ἀνθρώπων Δεσπότης τὴν φιλανθρωπίαν. Ὡς περ γὰρ τῶν ἀδελφῶν αὐτὸν ἐξεῖλετο βουλομένων αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ παρεσκεύασε πρότερον μὲν κατὰ τὴν συμβουλήν τοῦ Ρουθὴν εἰς τὸν λάκκον ἐμβληθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν κατὰ τὴν συμβουλήν τοῦ Ἰούδα τοῖς ἐμπόροις διαπραθῆναι, ἵνα τῶν ὄνειράτων ἡ ἔκθασις εἰς ἔργον ἐλθοῦσα πείσῃ τὸν δίκαιον, ὡς οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῆ ἐκεῖνα αὐτῷ προεμηνύετο· οὕτω καὶ νῦν ἡ ἄνωθεν χεὶρ ἦν ἡ τὸν βάρβαρον ἐκεῖνον κατέχουσα, καὶ μὴ συγχωρήσασα εὐθέως ἐπὶ τὴν σφαγὴν ὀρμησαί τοῦ νεανίσκου. Τί γὰρ ἦν τὸ κωλύον, μαθόντα ὡς εἰς αὐτὴν τὴν εὐνὴν ἀδικῆσαι αὐτὸν ἐπεχείρησε, μὴ τοῦτο ποιῆσαι; Ἄλλ' ὁ εὐμήχανος Θεὸς τοσαύτην παρεσκεύασεν αὐτὸν ἐπιδείξασθαι τὴν πραῦτητα, ἵνα ἐμβληθεὶς τῷ δεσμοτηρίῳ, καὶ πάλιν ἐκεῖ τὴν οἰκειὰν ἐπιδειξάμενος ἀρετὴν, οὕτως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας παραγένηται. Ἐθυμώθη γὰρ, φησὶν, ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὸ ὄχύρωμα, ὅπου οἱ δεσμῶται τοῦ βασιλέως κατέχονται. Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπίστευσε, οὐκ ἐχρῆν αὐτὸν ἐμβαλεῖν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ· εἰ δὲ ἐπίστευσε πάλιν ἀληθὲς εἶναι τὸ παρά τῆς Αἰγυπτίας λεγόμενον, οὐδὲ οὕτω δεσμοτηρίου ἀξίος ἦν, ἀλλὰ ἀποτμηθῆναι καὶ δίκην δοῦναι τὴν ἐσχάτην. Ἄλλ' ὅταν ἡ ἄνωθεν δεξιὰ τὴν ἑαυτῆς πρόνοιαν ἐπιδείκνυται, πάντα εὐκόλα καὶ ῥάδια γίνεται, καὶ οἱ ἄγριοι ἡμερώτεροι καθίστανται. Τότε δὲ καὶ ἡ ἄνωθεν ῥοπή μετὰ δαφιλείας ἡμῖν παραγίνεται, ὅταν πολλὴν καὶ ἡμεῖς τὴν ἀρετὴν ἐπιδειξώμεθα. Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλως οὗτος ἠγωνίσαστο, διὰ τοῦτο καὶ μεγάλων ἀπολαύει τῶν ἀμοιβῶν. Καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἀνδρείαν ἀπήγετο εἰς τὸ δεσμοτήριον, καὶ σιγῇ πάντα ὑπέμενε. Ἰστε γὰρ ὅπως οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες πονηρὸν, ἐπειδὴν ὡς ὑπεύθυνοι καταδικάζονται, πόση κέχρηται πολλάκις τῇ παρρησίᾳ καὶ τῇ ἐλευθεροστομίᾳ, κατεξανιστάμενοι καὶ [599] μεγαλοφρονούντες κατὰ τῶν τὴν δίκην αὐτοῖς ἀνευθύνους οὔσιν ἐπαγόντων. Ἄλλ' οὗτος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ σιγῇ, καὶ πάντα πρᾶως δέχεται, καὶ ἀνέμενε μετὰ πολλῆς τῆς ὑπομονῆς τὴν τοῦ Θεοῦ ῥοπήν. Ὅρα γὰρ πῶς καὶ ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ὢν πάλιν τὴν ἀρχὴν ἅπ' ἑαυτοῦ ἐδέχετο παρά τοῦ δεσμοφύλακος· εἰκότως· Ἦν γὰρ, φησὶ, Κύριος μετὰ Ἰωσήφ, καὶ κατέχευεν αὐτοῦ ἔλεος. Τί ἐστὶ τὸ, Κατέχευεν αὐτοῦ ἔλεος; Πρὸς οἶκτον ἐπέκαμψε τὸν ἀρχιδεσμοφύλακα, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸν τὴν εὐνοίαν ἐπιδείξασθαι παρεσκεύασεν· Ἐδωκε γὰρ αὐτῷ χάριν ἐναντίον αὐτοῦ. Αληθῶς οὐδὲν μακαριστότερον τοῦ τῆς ἄνωθεν εὐνοίας ἀπολαύοντος. Ἐδωκε γὰρ, φησὶν, ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ τὸ δεσμοτήριον διὰ χειρὸς τῷ Ἰωσήφ. Ὅρα πῶς ὑπεξίσταται ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ παραχωρεῖ, καὶ αὐτῷ τὴν αὐθεντίαν ἐπιτρέπει, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ὑπὸ τὴν ἐκείνου ἐξουσίαν εἶναι ἐκέλευσε. Καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ γινώσκων οὐδὲν· πάντα γὰρ ἦν διὰ χειρὸς

Ἰωσήφ, διὰ τὸ τὸν Κύριον μετ' αὐτοῦ εἶναι, καὶ ὅσα αὐτὸς ἐποίει, Κύριος ἐδώκεν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Σκόπει πῶς συμπάρῃν αὐτῷ διηνεκῶς ἡ χάρις ἡ ἄνωθεν, καὶ πάντα ἅπερ ἐπραττε χάριτος ἦν πεπληρωμένα.

Τοῦτο τοίνυν καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμεν, ἵνα μεθ' ἑαυτῶν ἔχωμεν αἰετὸν τὸν Κύριον, καὶ ἵνα τὰ παρ' ἡμῶν γινόμενα ὑπ' ἐκείνου κατευοδῶται. Ὁ γὰρ ταύτης ἀξιοθελὲς τῆς ῥοπῆς, καὶν μέσοις τοῖς δεινοῖς ὢν τυγχάνη, καταγελάσεται πάντων, καὶ οὐδὲν αὐτὰ ἠγγίσσεται, τοῦ Δεσπότης τῶν ὄλων, τοῦ πάντα ποιούντος καὶ μετασκευάζοντος, κατευοδούντος αὐτῷ ἅπαντα καὶ τὰ δυσχερῆ ῥάδια ἀπεργαζομένου<sup>α</sup>. Πῶς δὲ δυνασώμεθα μεθ' ἑαυτῶν ἔχειν τὸν Κύριον, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατευοδουῖσθαι ἐν ἅπασιν; Ἐὰν νήφοντες ὦμεν καὶ ἐγρηγορότες, καὶ μιμητώμεθα τοῦ νέου τούτου τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, καὶ τὸ φρόνημα τὸ γενναῖον, καὶ ἴδωμεν ὅτι οὕτω χρῆ μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα διαπράττεσθαι, ὡς μηδέποτε ὑπὸ τοῦ Δεσπότης καταγνωσθῆναι, ἀλλ' ὅτι οὐχ οἶόν τε τινα λαθεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν εἰδέναί, ἀλλ' ἀνάγκη πάντως τὸν ἀμαρτόντα ταῖς τιμωρίαις ὑπεύθυνον γενέσθαι. Καὶ μὴ προτιμότερον ἠγώμεθα<sup>β</sup> τὸν τῶν ἀνθρώπων φόβον τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγανακτήσεως, ἀλλὰ μνημονεύωμεν διὰ παντός τῶν ῥημάτων τοῦ Ἰωσήφ λέγοντος· *Πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἀμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ;* Ὅταν τις οὖν λογισμὸς ἡμᾶς διαταράττῃ, τοῦτο ἐν τῇ διανοίᾳ στρέφωμεν τὸ ῥῆμα, καὶ παραχρῆμα φυγαδεύεται πᾶσα ἀτοπος ἐπιθυμία. Εἴτε οὖν σωματῶν ἐπιθυμίᾳ τις ἀλῶ, εἴτε χρημάτων ἔρωτι, εἴτε ἄλλῃ τινὶ ἀτόπῳ ἡδονῇ, εὐθέως τοῦτο λογιζέσθω, ὅτι ἐκεῖνος ἡμῖν ἐστὶν ὁ δικάζων, ὃν οὐχ οἶόν τε λαθεῖν οὐδὲ τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ βουλευόμενα· καὶ πάντως διαφευξώμεθα καὶ τὰς τοῦ διαδόλου μηχανάς, καὶ ἀπολαύσομεν πολλῆς τῆς ἄνωθεν συμμαχίας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, [600] μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰετὸν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΞΓ'.

*Καὶ οὐκ ἦν γινώσκων οὐδὲν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ Ἰωσήφ.*

α'. Τὰ λείψανα τῶν ἄχθῶν ἡμῖν εἰρημένων βουλόμεθα σήμερον ἀποδοῦναι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ τῆς κατὰ τὸν Ἰωσήφ πάλιν ἱστορίας ἀψασθαι. Ἰστε γὰρ ὅτι ἄχθῶν εἰς μῆκος ἡμῖν ἐκταθέντος τοῦ λόγου οὐκ ἰσχύσαμεν περαιτέρω προελθεῖν, ἀλλὰ μέχρις ἐκείνου τὸν λόγον ἐστήσαμεν, ἡνίκα διὰ τὴν τῆς Αἰγυπτίας συκοφαντίαν ὑπὸ τοῦ ἀρχιμαγείρου εἰς τὸ δεσμοτήριον ἐνεβλήθη. Διὸ σήμερον ἀναγκαῖον διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὰ κατὰ τὸ δεσμοτήριον αὐτῷ συμβεβηκότα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνεβλήθη εἰς τὸ ὄχύρωμα, καὶ παρεδόθη τῷ ἀρχιδεσμοφύλακι, κάκει τοσαύτη γέγονεν εἰς αὐτὸν ἡ παρά τοῦ Θεοῦ ῥοπή, ὡς πᾶσαν τὴν ἀρχὴν τοῦ δεσμοτηρίου αὐτὸν ἐμπιστευθῆναι παρά τοῦ ἀρχιδεσμοφύλακος. Καὶ οὐκ ἦν γινώσκων, φησὶν, οὐδὲν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ Ἰωσήφ. Εἶδες πῶς ἐν αὐταῖς ταῖς θλίψεσι γενόμενος οὐδεμίαν αἰτῆσιν ἐλάμβανε τῶν λυπηρῶν, ἀλλ' ἡ εὐμήχανος τοῦ Θεοῦ σοφία πάντα μετέβαλλε τὰ λυπηρά. Καὶ καθάπερ τὸν μοργαρίτην καὶ ἐν βορβόρῳ τις καταχώσειε, τὸ οἰκεῖον κάλλος ἐπιδείκνυται· οὕτω καὶ ἡ ἀρετὴ, ἧς οὐδ' ἂν αὐτὴν

<sup>α</sup> Quatuor mss. κατεργαζομένου.

<sup>β</sup> Sex mss. μὴ πρότερον ἠγώμεθα.

ἐμβάλης, τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐπιδείκνυται, κἂν ἐν δουλείᾳ, κἂν ἐν δεσμοτηρίῳ, κἂν ἐν θλίψει, κἂν ἐν ἀνάσει. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ἐμβλήθει; εἶλε τὸν ἀρχιδεσμοφύλακα, καὶ πάντων τῶν αὐτόθι τὴν ἐξουσίαν ἐδέξατο παρ' αὐτοῦ, ἴδωμεν ἐνταῦθα ὅπως τῆς προσούσης αὐτῷ χάριτος ἐκκαλύπτει τὴν ἰσχύν. Ἐγένετο γὰρ, φησί, μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα. Ποῖα; Ἄπερ διηγήσατο μετὰ τὸ συκοφαντηθῆναι, μετὰ τὸ καταδικασθῆναι τὸ δεσμοτήριον οἰκεῖν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ γνωρίσαι ἡμῖν, ὅτι Κύριος ἦν μετ' αὐτοῦ, καὶ ὅτι ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ χειρὸς αὐτοῦ πάντα τὰ αὐτόθι ἐπέτρεψεν οἰκονομεῖσθαι. Ἐγένετο οὖν μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, μετὰ τὸ βληθῆνα: αὐτὸν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ, ἀμαρτόντα τὸν ἀρχιοινοχόον καὶ τὸν ἀρχισιτοποιὸν καταδικασθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὸ δεσμοτήριον οἰκεῖν· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ συνέστησεν αὐτοὺς τῷ Ἰωσήφ. Οὐδὲ γὰρ ὡς δεσμώτη λοιπὴν αὐτῷ ἐκέχρητο, ἀλλ' ὡς κοινωνῶ τῆς φροντίδος, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς ἱκανῶ ἐπικουφίζει τὰς συμφορὰς τοῖς αὐτόθι καθειργμένοις. Καὶ παρέστη αὐτοῖς, φησί. Τί ἐστι τὸ, Παρέστη αὐτοῖς; Ἀντὶ τοῦ, παρεμυθεῖτο, ἐνεύρου αὐτῶν τὸν λογισμὸν, διηγείρειν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, οὐ συνεχῶρει καταποθῆναι ὑπὸ τῆς ἀθυμίας. Ἦσαν δὲ ἡμέρας πολλὰς ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ εἶδον ἀμφοτέροι ἐνύπνιον ἐν μιᾷ νυκτὶ ὃ τε ἀρχιοινοχόος καὶ ὁ ἀρχισιτοποιός. Ἄλλ' ὁ θαυμάσιος οὗτος ἔργον ποιούμενης τὴν τούτων παράκλησιν, ἰδὼν αὐτοὺς ὑπὸ τῆς ὄψεως τῶν ὄνειράτων τετραγαμένους καὶ συγκεχυμένους τὴν διάνοιαν, φησί· Τί ὅτι τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ σήμερον; Ἐδείκνυ [601] γὰρ ἡ τοῦ προσώπου κατάστασις τὴν ἐνδον ταραχὴν. Διὰ τοῦτο καὶ σοφὸς τις ἔλεγε· Καρδίας εὐφραϊνομένης θάλλει πρόσωπον· ἐν δὲ λύπαις οὐσης σκυθρωπάζει. Ἐπεὶ οὖν εἶδεν αὐτοὺς ἐν κατηφείᾳ τυγχάνοντα; διὰ τὴν τῶν ὄνειράτων ἠψιν, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν μαθεῖν βουλόμενος. Ὅρα πῶς καὶ ἐν δεσμοτηρίῳ τυγχάνων τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐπεδείκνυτο, καὶ τὰς ἀθυμίας ἐτέροις ἐπικουφίζει ἐσπούδαζε. Τί οὖν ἐκεῖνοι; Ἐνύπνιον εἶδομεν, καὶ ὁ συγκρίνων οὐκ ἔστιν αὐτό. Ἦγνόουν τοῦ πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενου τὴν σοφίαν· ὡς ἐν τῶν πολλῶν αὐτῷ προσελθόν, διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸ ἐνύπνιον λέγουσιν, ἀλλ' ὅτι μόνον εἶδον, καὶ φασιν· Οὐδεὶς ἐστὶν ὁ συγκρίνων αὐτό. Ἄλλ' ὁ θαυμάσιος ἀνὴρ φησι πρὸς αὐτοὺς· Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστὶ; Διηγήσασθε οὖν μοι. Μὴ γὰρ οἴκοθεν ἐπαγγέλλομαι τι ὑμῖν ἔρειν; Θεὸς ἐστὶν ὁ ἀποκαλύπτων. Διηγήσασθε οὖν μοι. Ὅρα σύνεσιν καὶ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολὴν. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ ὑμῖν διακρίνω, ἐγὼ ὑμῖν λέγω τῶν ὄνειράτων τὴν ἔκθεσιν, ἀλλὰ τί; Διηγήσασθε οὖν μοι. Θεὸς γὰρ ἐστὶ μόνος ὁ τὰ τοιαῦτα ἀποκαλύπτων. Καὶ διηγήσατο ὁ ἀρχιοινοχόος. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰωσήφ φησι· Τοῦτο ἡ σύγκρισις αὐτοῦ. Οἱ τρεῖς πυθμένες, τρεῖς ἡμέραι εἰσὶν· ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ μνησθήσεται Φαραὼ τῆς ἀρχιοινοχοῦς σου, καὶ ἀποκαταστήσει σε, καὶ δώσει τὸ ποτήριον Φαραὼ εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν σου τὴν προτέραν, ὡς ἦσθα οἰνοχοῶν. Ἄλλὰ ἀναμνήσθητί μου διὰ σεαυτοῦ, ὅταν εὖ σοι γένηται, καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος, καὶ μνησθήτι περὶ ἐμοῦ πρὸς Φαραὼ, καὶ ἐξάξεις με ἐκ τοῦ ἰχυρώματος τούτου, ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὠδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, καὶ ἐνέβαλον με εἰς τὸν λάκκον τούτου. Ἐπειδὴ προεμήνυσεν αὐτῷ τὰ μέλλοντα αὐτῷ χρηστὰ συμβῆσθαι, καὶ τὴν καταλλαγὴν τοῦ βασιλέως, φησί, Μνησθήτι

μοι διὰ σεαυτοῦ, ὅταν ἀπολάβῃς σου τὴν εὐημερίαν μνήμην ποιῆσαι τοῦ σοι ταῦτα προμηνύσαντος, καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος.

β'. Τοῦτο ἀκούων, ἀγαπητὲ, μὴ μικροφυλίαν καταγνῶς τοῦ δικαίου, ἀλλὰ ταύτη μάλιστα ἐκπλάγηθι, ὅτι τοσούτων δυσχερῶν ὄντων, τὴν αὐτόθι οἴκησιν γενναίως καὶ εὐχαρίστως ἔφερεν. Εἰ γὰρ καὶ πολλάκις τὴν παρὰ τοῦ ἀρχιδεσμοφύλακος ἐξουσίαν εἰλήφει, ἀλλ' ὅμως ἐβαρύνετο τὸ κατακεκλεισθαι, καὶ μετὰ τῶν αὐχμώντων καὶ βυπώντων εἶναι. Ὅρα γὰρ αὐτοῦ καὶ ἐκ τούτου τὴν φιλόσοφον γνώμην· ὅπως μετὰ ἀνδρείας ἔφερεν ἅπαντα, διὰ πάντων πολλὴν τὴν ταπεινοφροσύνην ἐπιδεικνύμενος. Καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος, καὶ μνησθήσι περὶ ἐμοῦ πρὸς Φαραὼ, καὶ ἐξάξεις με ἐκ τοῦ ἰχυρώματος τούτου. Ἐννοεῖ μοι ἐνταῦθα, πῶς οὐδὲν λέγει κατὰ τῆς μιαιφάνειας ἐκεῖνης μοιχαλίδος, οὐδὲ αἰτιάζεται τὸν δεσπότην, οὐδὲ τὴν τῶν ἀδελφῶν περὶ αὐτὸν ἀπανθρωπίαν διηγείται, ἀλλὰ συγκαλύψας πάντα, φησί· Μνησθήτι μου, καὶ ποιήσον ἐξενεχθῆναι με ἐκ τοῦ ἰχυρώματος τούτου· Ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὠδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλ' ἐνέβαλον με εἰς τὸν λάκκον τούτου. Μὴ ἀπλῶς τοῦτο παραδράμωμεν, ἀλλ' ἐννοήσωμεν τῆς [602] ψυχῆς αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν, καὶ ὅπως καιρὸν εὐρηκῶς τοιοῦτον, καὶ εἰδὼς ὅτι δυνήσεται ἅπαντα ὁ ἀρχιοινοχόος ἐν εὐημερίᾳ γεγενῶς γνωρίσαι τῷ βασιλεῖ τὰ κατ' αὐτὸν, οὐ τὴν Αἰγυπτίαν διαβάλλει (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ), οὐ τὸν δεσπότην ἄγει εἰς μέσον, οὐδὲ τοὺς ἀδελφούς· οὐ λέγει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὸ δεσμοτήριον οἰκεῖν κατεδικάσθη, οὐδὲ σπουδάζει δεῖξαι τὴν παρανομίαν τὴν εἰς αὐτὸν γεγεννημένην· ἀλλ' ἐνὸς μόνου γίνεται, οὐ τοῦ ἐκεῖνων δηλαδὴ κατηγορησαι, ἀλλὰ τοῦ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον εἰπεῖν. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τῶν ἀδελφῶν συνεσκίασεν εἰπὼν, Ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων· τα δὲ παρὰ τῆς Αἰγυπτίας ἐκεῖνης τῆς ἀκολάστου οὐδὲ εἰς μέσον ἄγει, οὐδὲ τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου ἀδικον κατ' αὐτοῦ ἀγανάκτησιν. Ἄλλὰ τί φησιν; Ὄδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλ' ἐνέβαλον με εἰς τὸν λάκκον τούτου. Ταῦτα ἀκούοντες παιδεύμεθα, ἐπειδὴν τισι τοιοῦτοις περιπέσωμεν, μὴ ἐκεῖνους σπουδάζειν περιβάλλειν λοιδορίαις, καὶ τὴν γλῶσσαν ἀκονᾶν κατὰ τῆς ἐτέρων κατηγορίας<sup>a</sup>, ἀλλὰ μόνον πράως καὶ ἡμέρως ἑαυτοὺς ἀνευθύνους δεικνύναι, καὶ μιμνῆσθαι τὸν θαυμάσιον τοῦτον, ὅτι οὐδὲ ἐν συμφορᾷ ὧν κατεδέξατο κἂν μέχρι ῥημάτων ἐκπομπῆσαι τῆς Αἰγυπτίας τὴν ἀσέλγειαν. Ἴστε γὰρ ὅτι πολλοὶ πολλάκις καὶ ὑπεύθυνοι ὄντες ἐγκλήμασι, πολλῇ τῇ ἀναισχυντίᾳ κεχρημένοι τὰ ἑαυτῶν πλημμελήματα ἐτέροις περιάπτειν ἐπιχειροῦσιν· οὗτος δὲ τοῦ ἡλίου φανότερος<sup>b</sup> τυγχάνων, καὶ δυνάμενος ἅπαντα μετὰ ἀληθείας εἰπεῖν, κακεῖνης τὴν μανίαν κατάδηλον ποιῆσαι, καὶ ἑαυτὸν περιφανέστερον ἀποδεῖξαι, οὐδὲν ἐκεῖνων εἰς μέσον ἄγει. Οὐδὲ γὰρ τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐθηρᾶτο δόξαν, ἀλλ' ἔρκειτο τῇ ἀνωθεν εὐνοίᾳ, καὶ τὸν ἀκοίμητον ἐκεῖνον μόνον ὀφθαλμὸν ἐβούλετο ἐπαινέτην ἔχειν τῶν γινομένων. Διὸ καὶ σιγῶντος αὐτοῦ, καὶ πάντα κρύπτειν ἐπιχειροῦντος, ὁ φιλόανθρωπος δεσπότης εἰς τοσαύτην αὐτὸν περιφάνειαν ἤγαγεν, ὅτε καλῶς εἶδε τὸν ἀθλητὴν ἀγωνιζάμενον. Τέως δὲ μάθωμεν καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα γινομένων τὴν ὑπομονὴν τοῦ ἀνδρός, καὶ ὅπως πρὸς τὴν μέλλησιν οὐκ ἐδυσχέρασεν, οὐδὲ ἀπεδυσπέτησεν· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἅπαντα φέρων ἠὲ εὐχαρίσται τῷ ταῦτα συγχωροῦντι γίνεσθαι δεσπότη. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀρχισιτοποιός, καὶ νομίσας καὶ το

<sup>a</sup> Coislin. κατηγορίας.

<sup>b</sup> Coislin. et Savil. in marg. φανερώτερος.

etiam in servitute, etiam in carcere, etiam in afflictione, etiam in prosperitate. Quoniam igitur et in carcerem coniectus sibi conciliavit præfectum carceris, et super omnes qui ibi erant potestatem ab eo accepit : videamus et hic quomodo vim gratiæ sibi concessæ manifestarit. 1. *Factum est enim, inquit, post verba hæc (Cap. 40). Qualia? Quæ narravit post factam calumniam, postquam condemnatus est ad carcerem : et non hoc solum, sed et postquam significatum est nobis Dominum cum illo fuisse, et præfectum carceris omnia quæ ibi erant ipsi commisisse, ut per illum administrarentur. Factum est, inquit, post verba hæc, postquam injectus est in carcerem, cum peccassent præfectus pincernarum et præfectus pistorum, 2. et 3. condemnati sunt a rege, ut in carcerem mitterentur, 4. quos præfectus carceris Josepho commendavit. Neque enim ut victo usus est illo, sed ut curarum particeps, imo ut eo qui ibi detentorum miserias solari posset. Et adstitit eis, inquit. Quid est, Adstitit eis? Hoc est, consolatus est, roboravit eorum mentes, erexit eorum animos, et non permisit absorberi præ tristitia. Erant autem diebus multis in carcere, 5. et viderunt uterque insomnium in nocte una, præfectus pincernarum et præfectus pistorum. Sed beatus ille, cui curæ erat quomodo consolaretur illos, ut vidit eos ob visionem insomniorum turbari, et mente confundi, dicit : 7. *Cur facies vestrae hodie tam obnubilæ et mæstæ? Ostendebant enim facies eorum intus latentem perturbationem. Propterea et sapiens quidam dicebat : Corde lætante floret facies, in tristitia autem existente, mæret (Prov. 15. 13). Igitur quia vidit eos tristitia affectos propter insomniorum visionem, causam discere volens rogavit. Vide quomodo et in carcere existens suam ostendit virtutem, et aliorum mœrores allevare studuit. Quid igitur illi? 8. *Somnium vidimus, et non est qui conjectet illud. Ignorabant sapientiam ejus cum quo loquebantur, sed vulgarem aliquem esse existimabant, et propterea somnium ei non narrant, sed tantum se vidisse dicunt, et addunt : Nullus est qui conjectet illud. Verum admirabilis ille vir dicit eis : Nonne a Deo manifestatio ejus est? Narrate igitur mihi. Num a me ipso promitto vobis aliquid me dicturum? Deus est qui revelat. Narrate igitur mihi. Vide intelligentiam et humilitatis excellentiam. Non dixit, Ego vobis dijudico, ego vobis dico somniorum eventum; sed quid? Narrate igitur mihi. Deus enim est solus qui talia revelat. 9. *Et narravit præfectus pincernarum. 12. Ut autem audivit Joseph, inquit : Hæc est interpretatio ejus. 13. Tres propagines, tres sunt dies : adhuc tres dies, et recordabitur Pharaon tuæ pincernarum præfecturæ : et hinc restituet te, et dabis poculum Pharaoni in manum ejus juxta pristinum officium tuum, ut solebas, vinum infundens. 14. Sed recordare mei per te ipsum, quando tibi bene erit, et facies mihi misericordiam, et memor eris mei apud Pharaonem, et educes me ex carcere hoc : 15. quia furtim abductus sum ex terra Hebræorum, et hic feci nihil, et immiserunt me in hunc lacum. Quia prædixerat ei bona eventura, et reconciliandum regem, dicit : Memor esto mei per te ipsum, quando****

felicitatem tuam obtinueris, mentionem faciendo ejus qui hæc tibi prædixit, et facies mihi misericordiam.

